martyrium his significari probetur, non eo solum loco vtetur aliquis: *Pater si possibile est, transfer à me calicem hunc*, quasi ægre & non sine laboribus ac ærumnis ab eo ebibatur qui martyrij difficultates ac tormenta patitur; omnibus donec illum ebibat toleratis, quæ in martyrij periclitatione sibi inferuntur; verum & illo, qui in Psalmo centesimo decimo quinto extat: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Vota Domino reddam coram omni populo ejus; pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Nec amplius enim quicquam Deo pro omnibus ab eo collatis in nos beneficijs reddere possumus, quam calicem salutaris promto animo accipere, ad eumque exhauriendum nomen Domini invocare; quem dum bibit aliquis, vota sua omnia Domino reddit, coram omni populo ejus. Martyrium autem esse calicem hoc ipso palam fecit quod statim post calicem subjunxit: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Duas autem martyrium significationes comprehendit, quarum altera calix salutaris appellatur; alia autem, baptisma: & quatenus labores aliquis sustinet, calix est ab eo ebibitus qui illata sibi omnia perfert, dolores suscipit, ac veluti haurit, eosque nec repellit, neque rejicit, vel evomit: baptisma autem est, quatenus remissionem peccatorum adipiscitur, qui mala sustinet. Si enim peccatorum remissionem pollicetur baptisma, quemadmodum accepimus de baptismate in aqua & spiritu; remissionem autem peccatorum recipit itidem, qui martyrij baptisma perfert; martyrium sane recte baptisma dici potest: peccata autem ei remitti, qui martyrium patitur, inde liquet: *Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego illum coram Patre meo qui in cœlis est.* Coram Patre vero suo qui in cœlis est vnumquemque confitetur Servator, qui se fuerit confessus, etiamsi ante confessionem cujuslibet peccati reus fuerit; nam si cujuslibet peccati reos non agnoscet, haud verum erit illud: *Omnis ergo qui confitebitur me*, & cætera. Non futurum autem existimo, vt cujusvis noxæ reum coram Patre suo qui in cœlis est Sospitator confiteatur; illius siquidem confessio, quum libere & audacter aliquem coram Patre confitetur & agnoscit, ejusmodi est, quasi ea coram Patre confessione dignus sit qui agnoscitur. Ne nos autem commoveat, quod apud Marcum Servator calicem bibit, & baptismate baptizatur; quum enim Iohannes *Venit in omnem*

Marc. 14. 36

Psalm. 115. 13, 14, 15.

Matth. 10. 32.

Luc. 3. 3.

ἐν τούτοις ὁ μάρτυρον, ἢ μόνῳ χρήσεται τις τοῦ πατὴρ εἰ δυνατόν, παρένεγκε τοῦτο ὁ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ, ὡς ὀπιπόνως πινόμενον ὑπὸ τοῦ διαδεχομένου τὰς ἐν τῷ μαρτυρίῳ ἀγῶνας, ἕως τῆς ἐκπίῃ ὑπομείνας καὶ κατὰ τὴν ἐν ᾧ μαρτυρίῳ παρεσομένῳ πάντα καὶ προσαγόμενα αὐτῷ. ἀλλὰ καὶ ἐν ᾧ εἰ ψαλμῷ εἰρημένῳ· τί ἀνταποδώσω τῷ κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; ποτήριον σωτηρίου λήψομαι καὶ τὸ ὄνομα κυρίου ἐπικαλέσομαι· τὰς εὐχάς μου τῷ κυρίῳ ἀποδώσω. ἐναντίον πάντος τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. τίμιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ· οὐδὲν γὰρ δυνάμεθα πλεῖον ἀποδοῦναι τῷ κυρίῳ ἐφ' οἷς εὐηργετήθημεν, ἢ ὁ τοῦ σωτηρίου ποτήριον προθύμως λαβεῖν, καὶ ἐπικαλέσασθαι τὸ τοῦ κυρίου ὄνομα εἰς τὸ πιεῖν αὐτό· ἐν ᾧ καὶ πινομένῳ ἀποδίδωσί τις τὰς εὐχὰς αὐτοῦ πάσας τῷ κυρίῳ ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ· ἀφανῶς δὲ ἐδίδαξεν ἐν τούτοις ὅτι τὸ ποτήριόν * ἐστιν ὁ ἐπαγγελλόμενος τοῖς κλη- * κ. ἐστιν τοῦτο
ρονόμοις τὸ ποτήριον τὸ· τίμιος ἐνώπιον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ· τῇ δὲ ἐπινοίᾳ τὸ μαρτύριον δύο ἐστίν, ὧν τὸ μὲν ἐν καλεῖται ποτήριον σωτηρίου. τὸ δὲ λοιπόν, βάπτισμα. καὶ καθὸ μὲν ὑποφέρει τις τοὺς πόνους, ποτήριόν ἐστιν ἐκπινόμενον ὑπὸ τοῦ φέροντος πάντα τὰ προσαγόμενα εἰς ἑαυτόν, ἀναλαμβανόντος, καὶ οἱονεὶ πίνοντος τοῖς ἀλγηδόνας, καὶ μὴ ἀπαθυμοῦντος αὐτάς, μηδὲ ἀποβάλλοντος, καὶ ἐμεῖν. καθὸ δὲ ἄφεσιν λαμβάνει ἁμαρτημάτων ὁ ὑπομείνας, βάπτισμά ἐστιν· εἰ γὰρ τὸ βάπτισμα ἄφεσιν ἁμαρτημάτων ἐπαγγέλλεται, καθὼς προειλήφαμεν πρὸς τοῦ ἐν ὕδατι καὶ πνεύματι βαπτίσματος, ἄφεσιν δὲ λαμβάνει ἁμαρτημάτων ὁ τὸν μαρτυρίου ὑπομείνας βάπτισμα, βάπτισμα τὸ μαρτύριον δίκαιον λέγοιτ' ἄν· ὅτι δὲ ἄφεσις ἁμαρτημάτων τῷ τοῦ μαρτύριον ὑπομείναντι, δῆλον ἐκ τοῦ· πᾶς ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὁμολογεῖ δὲ ἔμπροσθεν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατρὸς ὁ σωτὴρ πάντα τὸν ὁμολογήσαντα, κἂν τύχῃ πρὸ τοῦ * ὁμολογίας ὁ πο- * ἢ. ὁμολογήσας
τοῦ ἁμαρτών. εἰ γὰρ τοὺς ὁπωσοῦν ἁμαρτήσαντας οὐχ ὁμολογήσῃ, οὐκ ἔσται ἀληθὲς τὸ· πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοί, καὶ τὰ ἑξῆς· οὐκ ἄρα δὴ ὅτι ἔμπροσθεν τοῦ ἐν οὐρανοῖς πατρὸς ὁμολογήσῃ ὁ σωτὴρ τὸν ὁποιωσοῦν ἔνοχον ἁμαρτήματι. πρὸς ἡσυχαζομένῳ γὰρ ἐνώπιον πατρός ἐστιν ἡ ὁμολογία ὅτι τῷ ὁμολογουμένῳ, ὡς ἀξίῳ τοῦ ὑπὲρ τοῦ πατρὸς ὁμολογίας· μὴ σαλεύετω δὲ ἡμᾶς εἰ ὁ σωτὴρ τοῦ ἐν ᾧ μάρτυρι καὶ ὁ ποτήριον πίνει, καὶ ὁ βάπτισμα βαπτίζεται· καὶ γὰρ πάντα ὁ Ἰωάννης ἐλθεῖν εἰς πα-

σαν

εὐθὺ παρέχωρει τὴν ἰορδάνου κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ ἰησοῦς παραγίνεται πρὸς τὸν ἰωάννην τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, οἱονεὶ ἀπολυόμενος τὰ ἡμέτερα ἁμαρτήματα, ἵν' ἡμεῖς καὶ αὐτῷ καθαριοῦμεθα. μᾶλλον δὲ ἐμφαίνει τὸ καθαρίζεσθαι ἡμᾶς ὅτι τῷ μαρτυρεῖν αὐτοῦ, καθὸ ἐβαπτίζετο ἀναλαβὼν ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας, ἵνα αὐτὰς λύσῃ καὶ ἀφ' ἡμῶν, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ· διόπερ ὁ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἡμῶν, ἐπεὶ οὐδὲ ἀπέθανε τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ τῇ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τῇ ἡμετέρᾳ· εἰ γὰρ ἔλαβον λόγον τὸ ζῆλοῦσθαι δόξαι ποτέ, πεπώκασι τὸ ποτήριον, καὶ τὸ βάπτισμα ἐβαπτίσθησαν οἱ τοῦ ζεβεδαίου υἱοί, ἐπεὶ καὶ ἡρώδης μὲν ἀπέκτεινεν ἰάκωβον τὸν ἰωάννου μαχαίρᾳ· ὁ δὲ ῥωμαίων βασιλεὺς, ὡς ἡ παράδοσις διδάσκει, κατεδίκασε τὸν ἰωάννην μαρτυρεῖν τῷ λόγῳ τῷ ἀληθείας λόγον εἰς πάτμον τὴν νῆσον· διδάσκει δὲ καὶ περὶ τοῦ μαρτυρεῖν ἑαυτὸν ἰωάννης, μὴ λέγων τίς αὐτὸν κατεδίκασε, φάσκων ἐν τῇ ἀποκαλύψει ταῦτα· ἐγὼ ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν, καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει, καὶ βασιλείᾳ, καὶ ὑπομονῇ ἐν ἰησοῦ, ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ πάτμῳ, διὰ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἔοικε τὴν ἀποκάλυψιν ἐν τῇ νήσῳ πεθεωρηκέναι· ὁ δὲ προσπιθεὶς μετὰ τὴν ἀποδεδομένην διήγησιν εἰς τὸ ποτήριον, καὶ τὸ βάπτισμα, τοιαῦτά φησιν. ὥσπερ ἔστι τὸ βρῶμα τοῦ σωτῆρος περὶ οὗ λέγει· ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιήσω τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον, ὅτως ἀναλογὸν ἐστι ποτήριον ἐκείνῳ τῷ βρώματι, ὃ τολμήσει μὴ ἀφεῖσθαι ἀπὸ τοῦ βρώματος, καὶ παραδεξάσθαι πραγματικός. ὅμως ὁ δυνάμενος ὑπεξαιρεθῆναι μήποτε τὸ μὲν πρακτικόν ἐστι τὸ βρῶμα. τὸ δὲ θεωρητικόν, τὸ πόμα· καὶ γὰρ τὸ ἐαθίοντα ἐστὶν, ἐν τῷ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, καὶ τελειοῦν ἐκείνου τὸ ἔργον, τὸ δὲ πίνειν τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, καὶ τελειῶσαι αὐτοῦ τὴν γνῶσιν· εἰ δὲ δυνάμεθα, εἰ μὴ, εἰς τοῦτον τὸν διαφορὰν διαφέρεσθαι τὸ· ἡ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθῶς ἐστι πόσις, καὶ σὺ κεκρεῖς. λέγοι γὰρ ἄν τις ὅτι ἀληθῶς μὴν βρῶσις, ἡ πρᾶξις. ἀληθῶς δὲ πόσις, ἡ θεωρία. καὶ ὁ τοῦτο φάσκων ἐρεῖ ὅτι διὰ τοῦτο πρῶτον δίδωσι τὸν ἄρτον εὐλογήσας καὶ κλάσας τοῖς μαθηταῖς, ἐπεὶ πρᾶξίς ἐστιν ἡ πρᾶξις. καὶ μετὰ τοῦτο λαβὼν ποτήριον, εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς λέγων· πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, ἐπεὶ δεῖ τὰ μὲν πράξεων ῥυθμίσασθαι, καὶ τὸ πρακτικὸν καταρτήσασθαι, ὅτως ὁδεύειν διὰ τῶν πραγμάτων καὶ ὑπὲρ θεωρίαν αὐτῶν, καὶ γὰρ μετὰ τὴν πρόφασιν λέγει τὸ· πίετε

A regionem finitimam Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, ad Iohannem quoque accedit Iesus, vt ab ipso baptizetur; quasi peccata nostra ab eo eluerentur, vt nos per ipsius lavacrum emundaremur; quin potius ob ipsum martyrium emundari nos apparet, quo susceptis peccatis nostris baptizabatur est, vt ijs nos ac item se exolveret. Idcirco, *Quod mortuus est, peccato nostro mortuus est*, quandoquidem non suo, sed nostro peccato mortuus est. Quod si illud rationi consentire videtur; calicem sanè ebiberunt, & B baptismate baptizati sunt filij Zebedæi; quoniam Herodes Iacobum Iohannis fratrem gladio interemit: Romanorum autem Imperator, quemadmodum perhibet Traditio, Iohannem veritatis verbum testimonio suo comprobantem in Patmon insulam relegavit. Quæ autem ad martyrium suum pertinent, à quo damnatus fuerit prætermittens, Iohannes ipse tradit in Apocalypsi, his verbis: *Ego Iohannes frater vester, & particeps in tribulatione,* C *& regno, & patientia in Iesu, fui in insula quæ appellatur Patmos propter verbum Dei,* & cætera; & in insula quidem divinitus ipsi nuntiata videtur Apocalypsis. At qui ad traditam super calice & baptismate expositionem aliqua adijcit, sic ait; quemadmodum aliquis cibus Servatoris est, de quo ipse dicit: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem ejus qui misit me, & perficiam opus ejus*, ita cibo huic calix respondet, quem à cibo distinguere, & perite ac solerter explicare audax quidem est; nihilominus animadvertat cui facultas erit, annon cibus id quod actuosum D & in agendo positum est; potus autem id quod pertinet ad contemplationem, designet: nam qui dum voluntati ejus morem gerit à quo missus est, opus ipsius absolvit, edenti respondet; bibenti vero, qui voluntati ejus obtemperans à quo missus est, cognitionem ipsius perficit & consummat. An autem ad hoc discrimen referri queat illud, necne: *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus*, ipse per te dijudicabis; cibum enim actionem revera esse, potum autem contemplationem dixerit quispiam; quod qui pronuntiaverit, E propterea priore hunc loco panem à se benedictum & fractum Discipulis dedisse inquiet, quod prior sit actio; sumto vero postmodum calice actis gratijs dedisse ipsis dicentem: *Bibite ex hoc omnes*; compositis siquidem actionibus, & recte constituta rerum gerendarum facultate, per eas ad ipsarum contemplationem eundum est:

Rom. 6. 10.

Apoc. 1. 9.

Ioh. 4. 34.

Ioh. 6. 55.

Matth. 26. 27.

Os. 10. 12. id enim ait Propheta: *Seminate vobis in justitiam, vindemiate in fructum vitæ*; vt quæ agenda sunt, primum faciamus: deinde vero subnectit: *Illuminate vobis lumen scientiæ*; postquam enim mores suos expurgavit aliquis, ad scientiam recta proficiscitur, ab eaque lumen mutuatur. Atque hæc quidem extra propositum, propter profundius calicis examen, dicta sunt. Ac in vigesimo secundo Psalmo, primum quidem illud dictum est: *Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me*:

Psal. 22. 5. deinde vero illud: *Calix tuus inebrians me quam præclarus est.* Nec vero qui leget hæc, sistere nos ac morari in animum indutat, quod quæ ad commemoratas superius Dei vel Christi sessiones pertinent aliquatenus exponenda essent; ad id autem respondemus hoc nobis duntaxat fuisse propositum, vt quæ de sessione jactantur, ex Scripturis refelleremus, & ab humiliori interpretatione Lectorem abstereremus; alias enim de sessione, & statione, & ambulatione Dei vel Christi potissimum erat disputandum, quod præsens interpretatio neutiquam desiderabat; longius enim, & intempestive ab instituto divertissemus. Cæterum hoc à Sospitatore ad Iohannis & Iacobi matris, vel ipsorum Zebedæi filiorum postulationem responso dato, *Audientes*, inquit, *decem indignati sunt de duobus fratribus*, vt qui cæteris anteferri postulassent. Nota vero inter indignantes illos fuisse Iudam. Et illud quoque Marcus scriptum reliquit. Quod si cum novem alijs inter indignantes erat,

Ioh. 13. 2. vide an nondum Diabolus miserat in cor ejus, vt ipsum Dominum nostrum proderet, sed voluntate etiamnum ac consilio vnus erat ex Apostolis Iudas. Verum cum multa superius de eo dixerimus, id iterum probandum non sumimus, quod cum eadem Iudæ esset quæ reliquis voluntas ac propositum, lapsus est, & ex insano pecuniarum amore, & Servatoris proditione in Mali laqueum incidit. *Iesus autem vocavit eos ad se, & ait: Scitis quia principes Gentium dominantur eorum*, & reliqua, vsque ad id: *Et dare animam suam redemtionem pro multis.* Paria his quoque à Marco scripta sunt. Quemadmodum autem in multis alijs, ita & hoc loco eundem sive sanationum, sive sermonum scriptis traditorum ordinem servasse Matthæum & Marcum observavimus; nam quæ his subnexa

Matth. 20. 17, & seq. sunt: *Cum autem ascensurus esset Iesus Ierosolymam, assumsit duodecim Discipulos secreto*, vsque ad id: *Et confestim dimittet eos*, hæc omnia eodem ordine servavit Marcus ab

Marc. 10. 3, & seq. hoc loco: *Erant autem in via ascendentes*

A ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, θερίσατε εἰς καρπὸν ζωῆς, ἵνα προῶτον πρᾶξωμεν ὃ δεῖ. καὶ μετὰ τοῦτό φησι· φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως. ὁδῷ γὰρ τις μετὰ τὰ ἤδη καθαρὰν ὁδοιοῦ ἀπὸ τοῦ γνόφου, καὶ φωτίζεται ἐν αὐτῇ· καὶ ταῦτα ὑπερβατικῶς λέλεκται, ἀφ' τὴν περὶ τοῦ ποτηρίου βαθυτέραν ἐξέτασιν· καὶ ἐν εἰκοστῷ δευτέρῳ ψαλμῷ λέλεκται πρῶτον μὲν τὸ· ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐξ ἐναντίας τῶν θλιβόντων με. ἑξῆς δὲ καὶ τὸ· ποτήριόν σου μεθύσκον με

B ὡσεὶ κράτιστον· μὴ ὑποπτευθείτω δὲ ἡμᾶς ὁ ἐντυγχάνων τῇδε τῇ γραφῇ κρατεῖν, ὅτι ἐχρῆν πᾶς διηγήσασθαι τὰ περὶ τῶν διαγεγραμμένων καθίσεων τοῦ θεοῦ ἢ τοῦ χριστοῦ. ἀπολογούμεθα γὰρ ὅτι δυσωπήσας μόνον ἀπὸ τῶν ῥητῶν περείκειτο τὰ περὶ καθίσεως, καὶ ἀποφήσας τὴν ἐντυγχάνοντα ἀπὸ τῆς ταπεινοτέρας ἐκδοχῆς. ἀλλ' ἀφ' καιρῷ ἐχρῆν προεκτιθέμενον τινὰ σκέψιν ποιήσασθαι περὶ καθίσεως, καὶ στάσεως, καὶ περιπάτου θεοῦ, ἢ τοῦ χριστοῦ, ἐπεὶ οὐκ ἀπαιτεῖ ἡ παροῦσα διήγησις. μεγίστη γὰρ αὐ καὶ ἄκαιρος ἐγένετο ἡ παρέκβασις· πλὴν τούτων λεχθέντων ὑπὸ τοῦ σωτῆρος πρὸς τὴν ἀξίωσιν τῆς μητρὸς ἰωάνου, καὶ ἰακώβου, ἢ αὐτῶν τῶν υἱῶν ζεβεδαίου, ἀκούσαντες, φησὶν, οἱ δέκα ἠγανάκτησαν περὶ τῶν δύο ἀδελφῶν, ὡς ἀξιωσόντων προτιμηθῆναι τῶν λοιπῶν· παραδηλοῖ δὲ ὅτι καὶ ἰούδας ἐν τοῖς ἀγανακτοῦσιν ἦν. καὶ

C μεμνήσεται τοῦτο καὶ ὁ μάρκος. εἰ δὲ ἐν τοῖς ἀγανακτοῦσιν ἦν μετὰ τῶν λοιπῶν ἑνός, μήποτε ἔτι σωθέντα βεβλήκει ὁ διάβολος εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ, ἵνα αὐτὸν τὸν κύριον ἡμῶν παραδῷ, ἀλλ' ἔτι ἐν τῇ προαιρέσει εἷς τῶν ἀποστόλων ὁ ἰούδας ἦν. πολλὰ δὲ περὶ αὐτοῦ ἐν τοῖς περὶ τούτων εἰπόντες, νῦν οὐκ ἐπαναλαμβάνομεν περὶ τοῦ κατασκευάσαι ὅτι ἰούδας προαιρέσεως ὢν ὁπτίας καὶ οἱ λοιποί, πέπαυκε καὶ ἐνέπεσεν εἰς τὴν παγίδα τοῦ πονηροῦ, καὶ φιλαργυρήσας, καὶ προδοὺς τὸν σωτῆρα· ὁ δὲ ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, εἶπεν· οἴδατε ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ ἑξῆς, ἕως τοῦ· καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν· τούτοις τὰ ἰσοδυναμοῦντα καὶ ὁ μάρκος διέγραψε· ἐτηρήσαμεν δὲ, ὥσαυτως ἐπ' ἄλλων πλειόνων, καὶ τὴν τάξιν τῶν διαγεγραμμένων τρεῖς ματθαῖον καὶ μάρκον, εἴτε διεξαπειῶν, εἴτε λόγων, ἅτινα καὶ ἐνταῦθα· ἑξῆς δὲ τὰ ἀπὸ τοῦ· μελλῶν δὲ ὁ ἰησοῦς ἀναβαίνειν εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ παρέλαβε τοὺς δ'. καὶ ἰδίαν, μέχρι τοῦ· εὐθέως δὲ ἀποστελεῖ αὐτοὺς, πάντα τὴν τάξιν τετήρηκε καὶ ὁ μάρκος ἀπὸ τοῦ· ἦσαν δὲ

ἐν τῇ ὁδῷ ἀναβαίνοντες εἰς ἱεροσόλυμα, μέχρι τοῦ· εὐθέως αὐτὸν ἀποστελεῖ πάλιν ὧδε· σὺ δὲ

παρὰ διὰ τὰ διάγγελία ἀλλήλοις καὶ τὰς πόρρω τόπους, καὶ συγκείνων αὐτοῖς, εὑρήσεις ὃ λεγόμενον· καὶ ὁ λουκᾶς μόνος οὐκ μέρος ὅμοιον συνέγραψε, παρεθέξας ἀπὸ τοῦ γενέσθαι ὁ φιλονεικία αὐτοῖς, ὃ, τίς αὐτῶν ἦν μείζων. ἐν τούτοις γὰρ διαφέρει· ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς. οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν, εὐεργέται καλοῦνται. ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως, καὶ τὰ ἑξῆς· ταῦτα μὲν οὖν λελέχθω, ἵν' ἡμᾶς μὴ λανθάνῃ τὰ παρὰ τὴν ἀσυμφωνίας τῶν καὶ τὴν τόπον τετηρημένης ματθαίου, καὶ μάρκου, καὶ οὐκ μέρος τοῦ λουκᾶ· ἤδη δὲ καὶ τὴν ἀληθείαν τῶν λεγομένων ἡμῖν ἐξετάστεον· παρείρηται ὅτι τῶν παρὰ τὸν ἰησοῦν παρεστηκότων ἐπεδικάζοντο ἰάκωβος καὶ ἰωάννης, καὶ ἠξίουν λαβεῖν ὁ μὲν ἐκ δεξιῶν καὶ ὁ ἐξ εὐωνύμων αὐτοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, ἢ ἡ μήτηρ αὐτῶν τοῦτο ἤτει παρὰ αὐτῶν. καὶ λέλεκται ὅτι ὀργὴ τούτοις, ὡς καὶ αὐτοῖς τῶν παρὰ τὸν ἰησοῦν παρεστηκότων ὀργιδικαζόμενοι, οἱ λοιποὶ ἠγανάκτησαν δέκα, εἰ ὑφαρπάζειν βούλονται ἰάκωβος καὶ ἰωάννης, ὡς ὑπὲρ τοὺς λοιποὺς δέκα ὄντες, τὸν παρὰ τὸν ἰησοῦν καὶ τὴν δόξαν ἐγγύτατα τούτων ὑπεριρημένων καὶ ὁ βούλεται, ὁ ἰησοῦς παρεκαλεῖται ἤτοι τοὺς ἀγανακτήσαντας δέκα, ἢ καὶ μὴ τῶν λοιπῶν δύο, καὶ διδάσκει τὴν ὁδὸν καθ' ἣν μέγας καὶ πρῶτός τις ἔσται παρὰ τῷ θεῷ· ὁ δὲ λεγόμενον τοιοῦτον ἦν, ὅτι οἱ μὲν τῶν ἐθνῶν ἄρχοντες, ἢ δοκοῦντες αὐτῶν ἄρχειν, οὐκ ἀρκούμενοι καὶ κυριεύειν τῶν ὑποτεταγμένων, βιαότερον αὐτῶν κρατεῖν θέλοντες, καὶ καταδυναστεύουσιν αὐτῶν. ὁμοίως δὲ καὶ οἵως καὶ τὴν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ δόξαν ἐν τοῖς ἔθνεσι μεγάλοι οὐχ ἵνα οὕτω ὅτι τὸ ἐξουσιάζειν τῶν ὑπηκόων, ἀλλὰ καταξιούμενοι αὐτῶν καταξουσιάζουσιν αὐτῶν. ἐν ὑμῖν δὲ τοῖς ἐμοῖς γνωρίμοις μὴ ἔστω τοῦτο, μηδὲ οἱ ἀρχήν τινα ἐγκεχειρισμένοι τῶν εἰς ἐμὲ πιστευόντων, ἢ ἐξουσίαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ πατρός μου καὶ θεοῦ ἔχειν νενομιτμένων, καταδυναστεύετω τῶν ἴδιον ἀδελφῶν, ἢ καταξουσιαζέτωσαν τῶν ὑπὲρ τὴν δι' ἐμοῦ θεοσέβειαν καταπεφυγόντων. ἀλλ' εἴπερ βούλεταί τις παρὰ τῷ πατρί μου κεῖσθαι μέγας, καὶ συγκείσθω τῶν ἐμῶν ἀδελφῶν ὑπάρχων, πᾶσι λειτουργείτω ὧν βούλει εἶναι μείζων· εἰ δὲ καὶ τῶν παρὰ ἐμοὶ πρωτείων τις ὀρέγεται, ἵνα μηδενὸς ἔσεσθαι πρῶτος, ὃ πρὶν δουλεύειν μὴ ἐδούλευσε δουλείαν τὴν καὶ ἐν μετριότητι καὶ τῇ ἐπαινετῇ ταπεινότητι, πάντα δουλεύοντα ἀφελῆσαι δυναμένην, ἐπέτω ὁ ἢ ὠφελῆσαι καὶ τοὺς δουλευομένους· ὁ δὲ λουκᾶς, βασιλεῖς καὶ ἐξουσιάζοντας ἐθνῶν παρεγλυμβάνει εἰς τὸν λόγον, ἀπορίπτων τὸν βυθόν-

A *Hierosolymam*, vsque ad illum: *Continuo illum rursus mittet huc.* At tu Evangelia hic invicem opponens, eaque loca simul contendens, rem ita se habere, vti dicimus, comperies. Simile autem ex parte est, quod scripsit Lucas his præmissis: *Facta* Luc. 22. 24.
est autem contentio inter eos, quis eorum esset 25.
major; ijs sedenim subjungit: *Dixit autem eis; Reges Gentium dominantur eorum, & qui*
potestatem habent super eos, benefici vocantur:
Vos autem non sic, & cętera. Hæc itaque dicta sint, ne nos convenientia fugiat, quam
B hoc loco Matthæus, & Marcus, & partim etiam Lucas servarunt. Iam vero ipsa eorum quæ à nobis dicta sunt sententia disquirenda est. Supra diximus Iacobum & Iohannem de primo apud Iesum consequendo loco contendisse, ab ipsiusque dextris & sinistris in ipsius regno vt sederent, postulasse, ipsorumve matrem id pro eis rogasse; illud quoque addidimus reliquos decem, vt pote qui de primis apud Iesum obtinendis partibus ipsi quoque disceptarent, hoc nomine fuisse indignatos,
C quod proximum Iesu in gloria locum præripere vellent Iacobus & Iohannes, quasi reliquis decem præstantiores essent. His autem cum ratione præmissis, accersit Iesus vel eos decem qui fuerunt indignati, vel vna cum reliquis duobus, & rationem ac viam addocet qua magnus aliquis & prior apud Deum evadat. Tale autem illud est, quod ipse ait; Principes Gentium, vel qui in eos imperium tenere videntur, subditis suis dominari non contenti, duriter ipsis imperare volentes, per vim eos subigunt: quemadmodum & Gentium optimates in vitæ hujusce dignitatibus satis
D non habent in subjectos potestatem habere, sed contra eos insurgentes potestate sua abutuntur; at inter vos Discipulos meos hæc ita se non habento; neque quibus aliquod traditum in eos est imperium qui mihi fidem habent, vel aliquam in Patris mei & Dei Ecclesia potestatem habere creduntur, fratribus suis impotenter imperanto, & præter jus & æquum eos regunto qui ad cultum Deo per me exhibendum confugerunt: sed si quis apud Patrem meum magnus haberi vult, &
E fratribus suis præstantior, omnibus ministrato, quibus major esse contendit. Quod si quis primas etiam apud me tenere partes cupit, se nemini prælatum iri sciat, cui cum servire potuerit, minime tamen servierit servitutem in modestia & laudabili humilitate positam, quæque servienti prodesse, eos autem juvare & reficere possit quibus ipsa exhibetur. At Lucas Reges & Gentium dominos oratione sua comprehendit, cum deteri-

rens qui inter fratres major esse vo-
luerit, quominus regiam potestatem, vel
palpi cupiditatem principibus insitam
imitetur; id nos edocens, vt qui inter nos
major revera est, fiat sicut junior, hoc est
sicut puellus propter simplicitatem, &
propterea quod alijs nunquam se antefe-
rat: Princeps vero, (sic autem appellan-
dum existimo qui in Ecclesijs Episcopus
vocatur) tanquam qui ministrantibus mi-
nistrat. Atque hæc quidem docet nos Dei
Verbum: nos autem sive doctrinæ Iesu
hoc loco traditæ sententiam non assequa-
mur, sive talia Servatoris aspernemur
præcepta, tales sumus vt nequissimorum
inter Gentes principum superbiam ali-
quando superemus, & satellites haud se-
cus ac Reges tantumnon conquiramus:
quinetiam nos ad terrorem componen-
tes, difficilesque ad nos aditus, pauperi-
bus præsertim facientes, tales ijs acce-
dentibus & aliquid rogantibus nos exhi-
bemus, quales tyranni, principumve cru-
delissimi supplicibus sese non præbent. Ac
in plerisque legitime constitutis, sed ma-
jorum præsertim civitatum Ecclesijs prin-
cipes populi Dei videre licet, haud vllam
apud se æqualitatem servari, ne præstan-
tissimis quidem nonnunquam Iesu Disci-
pulis permittentes. Certe Apostolus he-
ris erga famulos præceptum tradit dicens:
Col. 4. 1. *Domini, quod justum est, & æquum servis*
præstate, scientes quod & vos Dominum habe-
tis in cœlo; quinetiam adversus servos mi-
nas remittere heros docet. Nonnullos au-
tem asperis vtentes comminationibus vi-
dere licet, aliquando peccati obtentu,
nonnunquam etiam præ pauperum con-
temtu, contra Apostoli sermonem qui
Gal. 2. 9, 10. sic habet: *Dextras dederunt mihi & Barna-*
bæ societatis: vt nos in Gentes, ipsi autem in
Circumcisionem: Tantum vt pauperum memo-
res essemus: & rursum nullam erga subdi-
tos æquabilitatem in animum inducen-
tes; neque modestiam & æquabilitatem
inter Christianos potissimum versari de-
bere cogitantes, sed inter eos præsertim
qui dignitatem aliquam in Ecclesia ge-
Eccles. 3. 20. runt: scriptum est enim: *Quanto magnus*
es, humilia te in omnibus, & coram Deo in ve-
nies gratiam. Illud quoque scire nos opor-
tet, quod in Proverbijs scriptum est his
Prov. 18. 12. verbis: *Antequam conteratur, exaltatur cor*
hominis, & antequam glorificetur, humilia-
tur; ac devitandum item est ne in eam de-
labamur sententiam, eundemque profe-
ramus sermonem, ac qui excusatione se
tueri volens erga Iesum à quo præceptum
Luc. 10. 27, 29. illud acceperat: *Diliges proximum tuum si-*
cut teipsum; Servatori respondere non eru-
buit: *Et quis est meus proximus?* Id etiam à
Paulo didicisse par erat: *Quum possemus vo-*

A μῶν ἐν) ἐν τοῖς ἀδελφοῖς μείζονα, μιμεῖσθαι
τὴν βασιλικὴν ὀξυσίαν, ἢ τὴν τῆς ἐξυπαζόντων
τῆς κολακείας ἐπιθυμίαν. διδάσκων ἡμᾶς ἵν' ὁ
μὲν ἀληθῶς ἐν ἡμῖν μείζων ᾖ) ὡς ὁ νεώτε-
ρος, τουτέστιν ὡς παιδίον, ἁπλότητος καὶ ἰσότη-
τος χάριν. ὁ δὲ ἡγούμενος, ἐπειδὴ δίμην ὀνομάζειν
τὸ καλούμενον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπον, ὡς ὁ
τοῖς ὑπηρετουμένοις διακονούμενος· καὶ ταῦτα μὲ
ὁ τοῦ θεοῦ διδάσκει ἡμᾶς λόγος. ἡμεῖς δὲ ἤτοι μὴ
νοοῦντες ὃ βούλημα τῆς διδασκαλίας ἐν τούτοις
B ἰησοῦ, ἢ καταφρονοῦντες τῆς τηλικούτων ὑποθη-
κῶν τοῦ σωτῆρος, τοιοῦτοί ἐσμεν ὡς οἱόπερ καὶ τῶν
τῆς κακῶς ἀρχόντων ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὑποφαίνειν
τύφον, καὶ μονονοὐχὶ ζητεῖν ὡς οἱ βασιλεῖς δορυ-
φόρους, καὶ φοβερὰς ἑαυτὰς καὶ δυσπροσίτους
μάλιστα τοῖς πένησι κατασκευάζοντες, τοιοῦτοί
ἐσμεν πρὸς αὐτοὺς ἐντυγχάνοντας ἡμῖν, ὡς πρέ-
πειν αἰτιοῦντας, ὡς οὐδὲ οἱ τύραννοι, καὶ ὁμω-
τροφοι τῆς ἀρχόντων πρὸς τὰς ἱκεσίας· καὶ ἔστι γε
ἰδεῖν ἐν πολλαῖς νομιζομέναις ἐκκλησίαις, καὶ
C μάλιστα τῇ τῶν μειζόνων πόλεων, τοὺς ἡγουμένους
τοῦ λαοῦ τοῦ θεοῦ, μηδεμίαν ἰσοτιμίαν ἐπιτρέ-
πουτας, ἔαδ' ὅτε καὶ τοῖς καλλίστοις τῶν ἰησοῦ μα-
θητῶν, εἰ) πρὸς αὐτούς· καὶ ὁ μὲν ἀπόστολος τοῖς
κυρίοις πρὸς τῶν οἰκετῶν ἐπιτροπὴν δίδωσι λόγων· οἱ
κύριοι τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέ-
χεσθε, εἰδότες ὅτι καὶ ὑμεῖς ἔχετε κύριον ἐν οὐρα-
νῷ· διδάσκει δὲ καὶ λύειν τὴν ἀπειλὴν τοῦ δε-
σπότου κατὰ τῶν οἰκετῶν· ἔστι δὲ πολλὰς ἰδεῖν ὑμῶς
ἀπειλοῦντας, ὅτε μὲν προφάσει ἁμαρτίας, ὅτε
D δὲ τῶν καταφρονεῖν τῶν πτωχῶν, πρὸς τὸν ἀπόστο-
λικὸν λόγον ἐν ᾧ λέλεκται· δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ
καὶ βαρνάβᾳ κοινωνίας. ἵνα ἡμεῖς εἰς τὰ ἔθνη,
αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομήν, μόνον τῶν πτωχῶν ἵνα
μεμνώμεθα, καὶ πάλιν τὴν πρὸς τοὺς ὑπο-
χείρους ἰσότητα μηδὲ ἐννοοῦντες, μηδὲ φαν-
τάζομενοι ὅτι καθήκει ἀτυφίαν καὶ ἰσότητα μάλι-
στα χριστιανοῖς ἐμπολιτεύεσθαι, καὶ ὀξαιρέτως ἐν
τοῖς ὑπερόχοις τινὰ ὀνόματος ἐκκλησιαστικοῦ φο-
ρεῖσι· γέγραπται γὰρ· ὅσῳ μέγας εἶ, τοσούτῳ
ταπείνωσον σαυτόν, καὶ ἔναντι κυρίου εὑρήσεις χάριν·
E ἐχρῆν δὴ ἡμᾶς εἰδέναι καὶ ὃ ἐν προοιμίαις ἔφαμεν
εἰρημένον· πρὸ συντελείας ὑψοῦται καρδία
ἀνθρώπου, καὶ πρὸ δόξης ταπεινοῦται. ἐκκλί-
νειν δὲ καὶ τὸ παρεκπεσεῖν τῆς φρονήσεως, ἢ εἰ-
πεῖν λόγον, ὃν εἶπεν ὁ θέλων ἑαυτὸν δι-
καιῶσαι πρὸς τὸν ἰησοῦν διδάξαντα τό· ἀγα-
πήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν, ὃς οὐκ
ἠδέσθη τῷ σωτῆρι εἰπεῖν· καὶ τίς ἐστί μου
πλησίον; ἔδει δὲ καὶ ἀπὸ παύλου αἰσχυνθῆναι τὸ;

δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι ὡς χριστοῦ ἀπόστολοι, ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν, ὡς ἐὰν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα· ἐπιθυμοῦντες οὕτω ὑμῶν, εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι οὐ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ μόνον ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς, διότι ἀγαπητοὶ ἡμῖν ἐγενήθητε. μνημονεύετε γὰρ, ἀδελφοὶ, τὸν κόπον ἡμῶν καὶ τὸν μόχθον· νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ. ὑμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ θεὸς, ὡς ὁσίως καὶ δικαίως καὶ ἀμώμητοι ἐγενήθημεν τοῖς πιστεύουσιν ὑμῖν· καθάπερ οἴδατε ὡς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν ὡς πατὴρ τέκνα ἑαυτοῦ παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι καὶ μαρτυρόμενοι εἰς τὸ περιπατεῖν ὑμᾶς ἀξίως τοῦ θεοῦ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ ἀδιαλείπτως, ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τοῦ θεοῦ ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων ἀλλὰ καθὼς ἀληθῶς ἐστὶν λόγον θεοῦ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν. ὑμεῖς γὰρ, ἀδελφοὶ, μιμηταὶ ἐγενήθητε τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι καὶ ἃ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, τῶν καὶ τὸν κύριον ἀποκτείνάντων Ἰησοῦν καὶ τοὺς προφήτας καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων καὶ θεῷ μὴ ἀρεσκόντων καὶ πᾶσι ἀνθρώποις ἐναντίων, κωλυόντων ἡμᾶς τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι ἵνα σωθῶσι εἰς τὸ ἀναπλῆρωσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε· ἔφθασεν δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος. ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας, προσώπῳ οὐ καρδίᾳ, περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὴν ἐπιθυμίαν πολλῇ ἰδεῖν τὸ πρόσωπον ὑμῶν. διότι ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἐγὼ μὲν καὶ ἅπαξ καὶ δὶς, καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ σατανᾶς. τί γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς ἢ χαρὰ ἢ στέφανος καυχήσεως; οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ἔμπροσθεν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ; ὅτι ὑμεῖς ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν καὶ ἡ χαρά. διὸ μηκέτι στέγοντες εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν Ἀθήναις μόνοι, καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συνεργὸν τοῦ θεοῦ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς καὶ παρακαλέσαι περὶ τῆς πίστεως ὑμῶν, τὸ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσιν ταύταις· αὐτοὶ γὰρ οἴδατε ὅτι εἰς τοῦτο κείμεθα· καὶ γὰρ ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμεν προελέγομεν ὑμῖν θλίβεσθαι μέλλειν, καθὼς καὶ ἐγένετο καὶ οἴδατε. διὰ τοῦτο κἀγὼ μηκέτι στέγων ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν, μὴ πως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν. ἄρτι δὲ ἐλθόντος Τιμοθέου πρὸς ἡμᾶς ἀφ' ὑμῶν καὶ εὐαγγελισαμένου ἡμῖν τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν καὶ ἀπαγγείλαντος ἡμῖν ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε ἐπιποθοῦντες ἡμᾶς ἰδεῖν καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς, διὰ τοῦτο παρεκλήθημεν ἐφ' ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἐπὶ πάσῃ τῇ ἀνάγκῃ καὶ θλίψει ἡμῶν διὰ τῆς ὑμετέρας πίστεως· ὅτι νῦν ἐζήσαμεν ἐὰν ὑμεῖς στήκετε ἐν κυρίῳ. τίνα γὰρ εὐχαριστίαν δυνάμεθα ἀνταποδοῦναι τῷ θεῷ περὶ πάσης τῆς χαρᾶς ἧς χαίρομεν ἕνεκεν ὑμῶν ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ ἡμῶν, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπερεκπερισσοῦ δεόμενοι εἰς τὸ ἰδεῖν ὑμῶν τὸ πρόσωπον καὶ καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως ὑμῶν; αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς κατευθύνοι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς, ὑμᾶς δὲ ὁ κύριος πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας ἀμέμπτους ἐν ἁγιωσύνῃ ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ.

A bis oneri esse, vt Christi Apostoli: sed facti sumus lenes in medio vestrum, tanquam si nutrix foveat filios suos. Hoc etiam imitari oportebat: Aut nunquid peccatum feci, meipsum humilians, vt vos exaltemini? Gentium ergo principes suo in eas imperio violenter vtantur; Ecclesiæ autem Principes ipsi serviant: & Gentium primores potestatem in eos iniquam teneant; fidelium autem, dicto huic obtemperent: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris. Assentationibus præterea non admittendis erudiamur, neque propterea quod de aliquibus bene meriti esse visi simus, benefici appellari gaudeamus. Hæc autem eo non dicimus, quo nos ipsi inconsulto Humiliemus sub potenti manu Dei, & juxta ipsius sermonem, sub Ecclesiastico ministerio: quandoque autem juxta Apostoli effatum; Peccantes coram omnibus arguendi sunt, vt & cæteri timorem habeant: nonnunquam etiam potestate sua vti licet aliquos Tradendo Satanæ in interitum carnis, vt Spiritus saluus sit in die Domini; at id raro faciendum est, sed corripere oportet inquietos, consolari pusillanimes, suscipere infirmos, & patientes esse erga omnes, & nemini malum pro malo reddere: neque vero qui peccat inimici loco habendus est, sed audiendus Apostolus qui ait: Nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. Hæc autem omnia propterea à me dicta sunt, quod juxta Dei sermonem palam facere vellem principi Ecclesiæ imitandum non esse principem Gentium, nec eos æmulandos qui imperium, potestatemve suam impotenter exercent, quique regia dignitate præditi sunt: sed Christus potius in ejusmodi rebus pro virili imitandus est, ad quem facillimi sunt aditus, qui cum mulieribus conversatur, & pueris manus imponit: Iesum vero in pelvim aquam profudisse, & Discipulorum pedes tersisse, quamvis majorem sensum contineat, nihilominus tamen de ijs sic ipse loquens in sacro contextu audiendus: Vos vocatis me, Magister & Domine, & bene dicitis, sum etenim, & cætera; ad laudabilem enim modestiam suam imitandam per illa Discipulos suos instruit. Fortasse etiam propterea quod cum Dominus esset generi nostro pro hominum salute serviit, ideo formam servi accepisse, & ad mortem vsque obedientem factum seipsum depressisse dicitur: & si eum idcirco Deus supra modum extulit; quisquis extolli voluerit, similia ijs agat quæ ad summam altitudinem consequendam acta sunt. Nam etiamsi Filio hominis exhibi-

1. Thess. 2. 7.
2. Cor. 11. 7.
Matth. 11. 29.
1. Petr. 5. 6.
1. Tim. 5. 20.
1. Cor. 5. 5.
1. Thess. 5. 14, 15.
2. Thess. 3. 15.
Ioh. 13. 13.
Philip. 2. 8.

Matth. 4. 11 Ioh. 12. 2. tum sit ministerium, quando *Angeli accesserunt, & ministrabant ei*, & rursum ministravit ei Martha; non tamen ad id venit, vt ipsi ministraretur, sed inter hominum genus conversatus est, vt ministraret, & eo vsque saluti nostræ inserviens procederet, vt animam suam pro multis qui in se crediderant, redemtionis pretium daret: & si, vt hoc ponamus, omnes in eum credidissent, animam suam vtique redemtionis pretium pro omnibus dedisset. Cuinam autem animam suam redemtionis pretium pro multis dedit? non enim Deo; numquid igitur Malo? is enim in potestate sua nos habuit, donec pro redemtionis mercede anima Iesu daretur ipsi decepto, quasi illius potiri posset, nec animadvertenti se cruciatus in ea retinenda ferendos sustinere non posse. Quãobrem Mors eum imperio suo subjecisse visa, jam ipsi amplius non imperat, cum factus sit *inter mortuos liber*, & mortis potestate validior; eoque validior, vt eum potuerint sequi, quicunque ex ijs quos superaverat Mors, sequi eum voluerunt, nullam adversus eos potestatem Morte amplius obtinente: quicunque enim est cum Iesu, à morte invadi non potest. In hoc ergo quem expendimus Evangelij loco Servatorem *dedisse animam suam redemtionem pro multis* scriptum est: at dixit Petrus nos *Non corruptibilibus auro vel argento redemtos esse de vana nostra conversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine*; ait vero Apostolus: *Pretio emti estis, nolite fieri servi hominum*: pretioso ergo Iesu sanguine emti sumus; anima vero Dei Filij redemtionis pretium pro nobis data est, non autem Spiritus ejus, antea enim Patri eum tradiderat dicens: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum*, sed neque corpus, nihil enim ejusmodi de illo scriptis traditum comperimus. Et quoniam pro multis anima ipsius redemtionis pretium data est, nec apud eum remansit, cui redemtionis pretium pro multis data fuerat, idcirco in decimo quinto Psalmo ait: *Non derelinques animam meam in inferno*. Verum quando ad hunc locum semel perveni, perversa ac malesana se loqui eos commonefactos velim, qui Christi gloriam celebrare se existimantes, quæ ad primogenitum omnis creaturæ pertinent cum ijs confundunt quæ spectant ad animam & corpus Iesu, fortasse & ipsius spiritum; & aliquid omnino simplex esse opinantur, quod visum, & in hac vita conversatum est: ab ijs enim sciscitamur, an divinitas *Imaginis Dei invisibilis, & primogeniti omnis creaturæ* præstantia, an ille *in quo condita sunt universa in cœlis, & in terra, sive visibilia, sive in-*

Matth. 20. 28. Psal. 87. 5. 1. Pet. 1. 18, 19. 1. Cor. 7. 23. Luc. 23. 46. Psalm. 15. 10. Col. 1. 15, 16.

A καὶ ἄγγελοι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ, καὶ πάλιν διηκονήθη ὑπὸ τῆς μάρθας, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἐλήλυθε ὁ σωτὴρ διακονηθῆναι. ἐπιδίδωσι γὰρ ἑαυτὸν ἡμῖν καὶ ἀνθρώπων, ἵνα διακονήσῃ, καὶ ὅσον τοσοῦτον ὁδοῦσι διακόνων ἡμῖν τῇ σωτηρίᾳ, ὡς δοῦναι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν λύτρον ἀντὶ πολλῶν τῶν πιστευσάντων εἰς αὐτόν. καὶ εἰ καθ' ὑπόθεσιν πάντες ὀπίστευον εἰς αὐτὸν, διδώκει ἂν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πάντων. τίνι δὲ ἔδωκε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν; οὐ γὰρ δὴ τῷ θεῷ, μή τι οὖν τῷ πονηρῷ; ὅτι γὰρ οὐκ ἀπὸ ἡμῶν, ἕως ἔδοξε τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀντὶ λύτρου ἢ τοῦ ἰησοῦ ψυχὴ, ἀπατηθέντι, ὡς δυναμένῳ αὐτὸς κυριεύσαι, καὶ οὐχ ὁρῶντι ὅτι οὐ φέρει τὴν ὑπὲρ τῶν κατέχων αὐτὸν βάσανον· διὸ καὶ θανάτου αὐτοῦ δόξας κεκυριευκέναι, οὐκέτι κυριεύει, ἠλευθέρου ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος, καὶ ἰσχυροτέρου τῆς τοῦ θανάτου ἐξουσίας, καὶ ὅσῳ τοσοῦτον ἰσχυρότερος, ὥστε καὶ πολλοὺς τοὺς βουλομένους ἀπὸ ἀκολουθεῖν τῶν κρατουμένων ὑπὸ τοῦ θανάτου δυνάσθαι ἀκολουθεῖν, οὐδὲν ἰσχύοντος κατ' αὐτῶν ἐπὶ τοῦ θανάτου. πᾶς γὰρ ὁ μετὰ τοῦ ἰησοῦ, ἀνεπίληπτός ἐστι τῷ θανάτῳ· ἐν οἷς οὖν τοῖς ἐξεταζομένοις τοῦ εὐαγγελίου ῥητοῖς γράφεσθαι ὁ σωτὴρ ἡμῖν δεδωκέναι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν λύτρον ἀντὶ πολλῶν. διὰ τί δὴ πέπρακται ὅτι οὐ φθαρτοῖς ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ ἐλυτρώθημεν ἐκ τῆς ματαίας ἡμῶν ἀναστροφῆς παραδοθείσης, ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι· καὶ ὁ ἀπόστολος δέ φησι· πεπρασμένοι ἠγοράσθητε, μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων. ἐγὼ οὖν ἠγοράσθημεν μὲν τῇ τιμίῳ τοῦ ἰησοῦ αἵματι, δέδοται δὲ λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν ἡ ψυχὴ τοῦ θεοῦ, καὶ οὔπω τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, πρότερον γὰρ αὐτὸ παρέθετο τῷ πατρὶ λέγων· πατὴρ εἰς χεῖράς σου παρατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου. ὅτι τὸ σῶμα, οὐδὲν γὰρ τοιοῦτόν πω τοιοῦτον περὶ αὐτοῦ γεγραμμένον· καὶ ἐπεὶ δέδοται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν, οὐκ ἔλαβε τὴν πρὸς ἐκείνῳ ᾧ ἐδίδοτο λύτρον ἀντὶ πολλῶν, διὰ τοῦτό φησιν ἐν τῷ ψαλμῷ· οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου· ἠγνοούμενος γὰρ ἅπαξ καὶ ἅπαξ τόπου, ὑπομνήσαι αὐτοὺς, φαντασίᾳ δοξολογίας τῆς περὶ τοῦ χριστοῦ, συγχέαντας τὰ περὶ τοῦ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως τοῖς περὶ ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἰησοῦ, τάχα δὲ καὶ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ τι ἀσύνθετον οἰομένους εἶναι· ὀφθὲν καὶ ὁπτανθὲν τῷ βίῳ, ὅτι μὴ ὑγιεῖς λέγουσι. πυθόμεθα γὰρ αὐτῶν εἰ ἡ θειότης τῆς εἰκόνος τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, καὶ ἡ ὑποστοχὴ τοῦ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, εἰ ἐκεῖνος ἐν ᾧ ἔκτισται τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐ-

ρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε ὁρατὰ, εἴτε ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, λύτρον ἐδόθη αὐτὴ πολλῶν. καὶ τίνι ἐδόθη ἐκείνη λύτρον, πολεμίῳ κατέχουσι ἡμᾶς αἰχμαλώτους, ἕως λάβῃ ὃ λύτρον. τὰ εἰ χωρεῖ τὰ τελικοῦτον, καὶ τοσοῦτον ἐκεῖνος λύτρον αὐτὴ τῷ αἰχμαλώτων λαβεῖν· καὶ ἃ ταῦτα φημι ὡς καταφρονῶν τῆς ψυχῆς Ἰησοῦ, καὶ συμκρυῶν αὐτὴν, ἀλλὰ κωλύομενος τοῦτον μὴ τὸ ἐνδεχόμενον λύτρον δεδόσθαι· ἀπὸ τοῦ ὅλου σωτῆρος. τὴν δὲ ἀπόρροιαν καὶ τὴν θεότητα ἐκείνην, μηδὲ ἀν δεδωκέναι λύτρον δόξειεν· πλὴν σημεῖον καὶ λύω τὸ Ἰησοῦ ἀπὸ τοῦ χριστοῦ, ἀλλὰ πολλῷ πλέον οἶδα ἓν εἶναι Ἰησοῦν τὸν χριστὸν, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, τοῦ τὸ πρωτότοκον πάσης κτίσεως· ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ, ὡς πλέον, εἰ δεῖ ἅπαξ ὀνομάσαι, εἶναι ἕν ὅλον τὸ, ὅπερ ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ ἕν πνεῦμά ἐστιν.

A visibilia, sive Throni; sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates pretium redemtionis pro multis datus sit; & cuinam redemtionis pretium hæc divinitas data sit; an hosti captivos nos detinenti, donec redētionis mercedem accepisset? & an ipse talis ac tantæ mercedis pro captivis recipiendæ capax fuerit? Nec ea vero idcirco à me dicuntur, quod animam Iesu despiciam, eamque deprimam ac extenuem; sed id contendens, animam quidem à toto Servatore redemtionis pretium fuisse datam, quoad ejus fieri potuit; excellentiam autem illam & divinitatem pretium redemtionis dari neutiquam potuisse. Iesum itaque à Christo hodie non divido, sed multo magis idem esse Iesum Christum, ipsiusque animam agnosco, ac *primogenitum omnis creaturæ*; sed & corpus illius, quasi plus aliquid, si ita loqui fas est, vnum illud totum esse, quod *adhærens Domino* 1. Cor. 7. 17. *vnus spiritus est.*

Περὶ τῶν δύο τυφλῶν.

De duobus cæcis.

Καὶ ἐκπορευομένων αὐτῶν ἀπὸ Ἱερειχὼ, ἠκολούθησεν αὐτῷ ὄχλος πολύς· καὶ ἰδοὺ δύο τυφλοὶ καθήμενοι παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ ἀκούσαντες ὅτι Ἰησοῦς παρέρχεται τὸν τόπον ἐκεῖνον, καὶ αὐτοὶ κράξαντες εἰρηκέτω· ἐλέησον ἡμᾶς κύριε υἱὸς Δαβὶδ, καὶ συμπεφωνηκέτωσαν ἐν τῷ κεκραγέναι τὸ ἀναγραμμένον εἰρηκέναι, καὶ ἅψασθαι τοὺς τυφλοὺς ἀξιώσαντες ἐλεηθῆναι τὰς ὁ Ἰησοῦς πεφωνηκέτω αὐτοὺς, ἵνα μὴ παράγων καὶ παρερχόμενος αὐτοὺς καλῇ. ἀλλὰ καὶ ἐστηκὼς, καὶ πυθανόμενος εἰρηκέτω αὐτοῖς· τί θέλετε ἵνα ποιήσω ὑμῖν; τὸν τι ἀξιοῦσιν ἰδικώτερον ἤδη παρεστῶτες οἱ τυφλοὶ εἰρηκέτωσαν αὐτῷ θέλειν ἵνα ἀνοιγῶσιν ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν. καὶ ὁ φιλάνθρωπος ἡμῶν καὶ συμπαθὴς σωτὴρ σπλαγχνισθεὶς ἐπὶ τοῖς τυφλοῖς, σπλαγχνισθεὶς δὴ οἷμαι τῷ παρεπιληφέναι ἐκείνους τὸ παρακαλούμενον αὐτῷ, ἵν' ἅπαξ ὀνομάσω, ἔλεον τοῦ Ἰησοῦ, ὅπερ ἦν ὁ κεκραγότες εἰρηκέναι· ἐλέησον ἡμᾶς κύριε υἱὸς Δαβὶδ, καὶ πεπιστευκότες ἠξιωκέναι ἵνα ἀνοιγῶσιν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, ἁψάμενος αὐτῶν τῶν ὀφθαλμῶν, διὰ μιᾶς ἅψεως τῆς ἀφῆς ἰατικὴν ἐνιεὶς τοῖς ὀφθαλμοῖς πεποιηκέτω τοὺς τυφλοὺς ἀναβλέπειν, κἀκεῖνοι θαυμαστῶς ἠκολουθηκέτωσαν τῷ Ἰησοῦ. καὶ πιστεύσας τις τοῦτο, καὶ γινώσκων ὅ τι· ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐ μὴ συνῆτε.

Et egredientibus illis ab Ierichо, secuta est eum turba multa, Et ecce duo cæci sedentes secus viam, & reliqua. Vera esto rerum, quæ hoc loco narrantur, historia, & Hierichunte cum Discipulis exeuntem Iesum turba ingens secuta sit; & prope viam, qua Hierichunte exitur, sedentes cæci duo, cum illac transire Iesum inaudissent, clamore sublato dixerint: *Domine, miserere nostri, fili David*, atque in ijs quæ scripta sunt vociferandis consenserint; & propter cæcos misericordiam implorantes restitans Iesus eos vocaverit, ne transiens & prætergrediens ipsos appellaret: sed & postquam restiterit, eosque interrogaverit dicens: *Quid vultis vt vobis faciam?* tum vero postulatum suum jam clarius exponentes cæci, aperiri à Iesu oculos suos velle se dicant: at homines amans, ac miseratione prosequens, erga cæcos misericordia affectus Servator, & affectus, opinor, quod misericordiam (vt ita dicam) Iesu implorare maluerint, hoc est, clamantes dixerint: *Miserere nostri Domine, fili David*, & cum fide aperiri oculos suos postulaverint, contactis ipsorum oculis, virtute per contactum oculis immissa sanandi vi pollente, cæcis visum restituerit; ipsi vero accepti beneficij gratiam habentes Iesum sicuti sint: atque id aliquis persuasum habens, necnon & illud tenens: *Si non credideritis; non intelligetis*, propterea Isai. 6. 9. quod crediderit, pro fidei suæ rata parte

Matth. 20. 29, 30.

Matth. 20. 30.

Matth. 20. 32.

intelligentiam acceperit, eaque accepta quæ ad hunc locum pertinent edisserat, post constitutum fidei his habitæ fundamentum ea exponens, juxta illud: *Credidi, propter quod locutus sum*: ac qui erit ejusmodi, non Iesu solum, ijsque quæ hoc loco scripta extant consensum suum præbeat, verum & eorum quoque sententiam calleat; nam qui in fidei veritate permanet, & per Verbi opera Verbo adhæret, juxta pollicitationem Iesu, veritatem cognoscit, & ab ipsa liberatur. Nos vero, quandoquidem eorum quæ dicta sunt, sensum non assequimur, cum fide caremus; quotiescunque autem intelligimus, à fide nostra habemus vt intelligamus; age, eum prius apprecati qui ab Evangelij tenebris, & obscuritate nos liberat, quæ in hunc locum nobis succurrent pro virili parte exponamus; ac illud primum quid sit, Hierichunte egredientibus cum Servatore Discipulis Iesu, magnam eum turbam fuisse subsecutam, perpendamus. Eorum ergo recordatus quæ super ea parabola diximus in Euangelio secundum Lucam proposita: *Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones*, videnum quærere possis annon memorata hic Iericho symbolum sit terrestris illius loci, qui in Scriptura Mundus dici solet. Hierosolyma ergo Hierichuntem descendens Adam, hoc est homo, in latrones incidit. At propter multitudinem, quæ Hierichunte est; magna siquidem Hierichunte turba est, postquam ad eam cum Discipulis pervenit Iesus noster, per hunc in Iericho adventum operam dans vt viam ijs præiret qui se subsequi vellent, proficiscatur: nam qui Hierichunte sunt, à cogitationibus mundanis discedere nequeunt, nisi Hierichunte exeuntem non ipsum solum Iesum viderint, sed & ipsius Discipulos: at visa ea re, subsequitur illum turba ingens. Et quisquis attente eos omnes perspexerit, qui juxta divinum verbum vitam agere, necnon & mundum, ac res terrenas despicatui habere volunt, Iesum, ipsiusque Discipulos sequi, eorumque Hierichunte exeuntium vestigia legere, is in loci hujus sensum penetraverit. Iesum ergo turba ingens sequitur, vt post eum ambulantes, eoque vtentes itineris duce, Hierosolymam conscendant. Subjungitur certe paulo post: *Quum appropinquassent Ierosolymis, & venissent Bethphage ad montem oliveti, tunc Iesum misisse duos discipulos*, & reliqua. Tum deinde, cæcos mox sanandos quasi indicante Scriptura, proditum extat: *Et ecce duo cæci sedentes secus*

Psal. 115. 1.

Ioh. 8. 32.

Luc. 10. 30.

Math. 21. 1.

Math. 20. 30.

A πε, ὁκ τῦ πεπιςθυκέναι καὶ τὴν ἀκολουθίαν τῆς πίςεως ὃ συνιέναι εἰληφέναι, καὶ εἰλικρινῶς λογίζεσθαι περὶ τῦ τόπου, καὶ τῦ περὶ αὐτῶν τῆς πίςεως θεμελίου περὶ αὐτῦ ἐρμηνεύειν, καὶ τὸ ὑπίςευσα, διὸ ἐλάλησα. καὶ ἔςω ὁ τοιοῦτος ὁ μόνον πιςεύων τῷ ἰησοῦ καὶ τοῖς καὶ τὸν τόπον τῦτον ἀναγεγραμμένοις, ἀλλὰ καὶ γινώσκων τὰ περὶ αὐτῶν νοῦν. ὁ γὰρ μένων ἐν τῇ τῆς πίςεως ἀληθείᾳ, καὶ διὰ τῦ ἔργων τῦ λόγου ἐμμένων τῷ λόγῳ, καὶ τὴν ἰησοῦ ἐπαγγελίαν, γινώσκει τὴν ἀλήθειαν, καὶ ὑπ' B αὐτῆς ἐλευθεροῦται· καὶ ἡμεῖς δὲ ἐπεὶ μὴ πιςεύοντες μέν, ὁ συνιέμεν τὰ βυλήματα τῦ λεγομένων, συνιέντες ὅ ὁκ τῦ πιςεύειν συνιέμεν, φέρε καὶ ὑποπίπτοντα ἡμῖν εἰς τὰ τόπον, εὐξάμενοι τῷ ῥυομένῳ ἡμᾶς ἀπὸ τῦ κεκαλύφθαι ἡμῖν τὸ εὐαγγέλιον, καθὸ χρεία ἔσται ἡμῖν, καὶ πρῶτον γε κατανοήσωμεν τί ὅ, ἐκπορευομένων ἀπὸ ἱερειχὼ τῦ μαθητῦ τῦ ἰησοῦ μετὰ τῦ σωτῆρος, ἠκολουθηκέναι αὐτῷ πολὺ ὄχλον· ὅσα τίνων εἰ δυνάμεθα, μεμνημένοι τῦ ἡμῖν C ὑποπεσόντος εἰς τὴν ἐν τῷ καὶ λυκᾶν εὐαγγελίῳ παραβολὴν τὴν· ἄνθρωπός τις κατέβαινεν ἀπὸ ἱερουσαλὴμ εἰς ἱερειχὼ, καὶ περιέπεσε λῃςαῖς, ὀνομάσας λέγων μήποτε καὶ ἐνταῦθα ἱερειχὼ σύμβολόν ἐςι τῦ περιγείου τόπου σωμάτος κεκαλυμμένου καὶ τὴν γεαφὴν, κόσμου· ὁ μὲν οὖν καταβαίνων ἀπὸ ἱερουσαλὴμ εἰς ἱερειχὼ ἀνθρωπος, τυτέςιν ἀνθρωπος, περιέπεσε λῃςαῖς. διὰ τὸ ἐν ἱερειχὼ πολλὰς, πολὺς γὰρ ὄχλος ἐν ἱερειχὼ, ὁ ἰησοῦς ἤδη ἅμα τοῖς μαθηταῖς ὁρμώμενος ἐν αὐτῇ, * ἐμπορεύεσθαι πραγματευόμενος, * Ιω. ἐκπο- D διὰ τὸ εἰς τὴν ἱερειχὼ εἰσεληλυθέναι, ὃ τοῖς βουλομένοις ἕπεσθαι ὁδηγεῖν. ὁ γὰρ οἴδασιν οἱ ἐν ἱερειχὼ ἐζηθεῖν ἀπὸ τῦ κοσμικοῦ φρονήματος, ἐὰν μὴ θεάσωνται ὁ μόνον τὸν ἰησοῦν ἐκπορευόμενον ἀπὸ τῆς ἱερειχὼ, ἀλλὰ καὶ τοὺς μαθητὰς αὐτῦ. ταῦτα δὲ θεωρήσαντες, ἀκολουθοῦσι αὐτῷ ὄχλος πολύς· καὶ ἔςι καταιδεσθῆναι τοὺς καὶ τὸν λόγον βιοῦν θέλοντας, καὶ τῦ κόσμου καὶ τῦ περιγείου καταφρονεῖν βουλομένους, ἀκολουθοῦντας τῷ ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτῦ, καὶ κατ' ἴχνη βαίνοντας αὐτοῖς ἐκπορευομένοις ἀπὸ ἱερειχὼ, βλέπων τὰ καὶ τὸν τόπον· ἀκολουθοῦσι μέντοι ὁ πολὺς ὄχλος τῷ ἰησοῦ, ἵν' ὀπίσω αὐτῦ βαδίζοντες, καὶ αὐτῷ ὁδηγῷ χρώμενοι, ἀναβῶσιν εἰς τὴν ἱερουσαλὴμ· μετ' ὀλίγα οὖν ὑπιφέρεται ὅτι ὅτε ἔγγισεν εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ ἦλθον εἰς βηθφαγὴ εἰς τὸ ὄρος τῦ ἐλαιῶν, τότε ὁ ἰησοῦς ἀπέςειλε τοὺς μαθητὰς, καὶ τὰ ἑξῆς· εἶθ' ἑξῆς λέγεται, οἱονεὶ δεικνύων τὸ λόγου τοῖς ὅσον τοῦ ἔτι θεραπευθησομένους τυφλοὺς, τὸ· καὶ ἰδοὺ δύο τυφλοὶ κα-

E

θήμενοι

θημένοι παρὰ τὴν ὁδὸν, ἀκούσαντες ὅτι Ἰησοῦς A *viam, audiverunt quia Iesus transiret, & cla-* Matth. 20.
παρέρχεται ἔκραξαν λέγοντες. ἐλέησον ἡμᾶς κύ- *maverunt dicentes, Domine miserere nostri fili* 30.
ριε υἱὸς Δαβίδ· καὶ πορευόμενοι ἐν τόποις τοῦ, καὶ *David.* Hic vero animadverte an in hisce
ἰδοὺ δύο τυφλοὶ, εἰ μὴ δεῖξιν ἔφεσις ὁ, ἰδού· verbis: *Et ecce duo cæci*, monstrationem ali-
εἴπῃ δῶν δεικνύοντα τοῦ λόγῳ τοὺς δύο τυφλοὺς quam vox, *Ecce*, contineat. Quod si duos
παρακολουθεῖν δυνάμθα, καὶ βλέπειν αὐτοὺς, ergo cæcos indicantem Scripturam asse-
φήσομεν ὅτι Ἰσραηλῖται ἰουδαῖοι περὶ τῆς Ἰησοῦ ἐπι- qui, in eosque oculos intendere possimus,
δημίας τυφλοὶ ἦσαν. πλὴν καθεζόμενοι παρὰ dicemus Israëlē & Iudæos ante Christi ad-
τὴν ὁδὸν, ᾗ ἐν νόμῳ καὶ προφήταις ποιῆται τὰς ventum cæcos fuisse; verum *sedentes secus*
ποι καὶ φρεσβύτεροι, καὶ ὡσαύτως ἀποδιδόμενοι
ὅλας ἐκκλησίας οἷς ἐχρῆν, καὶ καθιστάντες ἃς κ
δεῖ ἄρχοντας, ὅτοί εἰσιν οἱ πωλοῦντες τὰς φερι-
τερὰς, ὧν τὰς καθέδρας * κατέστρεψεν ὁ ἰησοῦς.
ἕκαστος οὖν τῶν ἐπὶ καθέδρας καθιζομένων ἐκ-
κλησιαστικῶν, καὶ ἀγαπώντων τὰς φεσποκαθε-
δρείας ἐν τῇ συναγωγαῖς, φεσεχέτω μήποτε
ἔτι καθέζεται ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν καθέδρας, ὥστε
ἐλθόντα τὸν ἰησοῦν καταστρέψαι αὐτὴν, ἃς ἀξίαν
καταστροφῆς. ἀλλὰ καὶ ἕκαστος τῶν ἀπὸ διακο-
νίας συναγόντων χρήματα, νοήσας τὴν φεκ-
κειμένην γραφὴν, μηκέτι φροντίσατω εἰς τὰς τρα-
πέζας ἀργύριον, ἵνα μὴ καταστρέψῃ αὐτὰς ὁ
ἰησοῦς. ἀλλὰ καὶ οἱ ὑπὸ μεμισθῶν τε καὶ φερι-
τίδων βιωτικῶν ἀχθόμενοι εἰς ἀγορασμὸς καὶ φερά-
σεις, φροντιζέτωσαν μήποτε ἐλθὼν ὁ ἰησοῦς ἐκ-
βάλῃ αὐτοὺς ἐκ τοῦ ἱεροῦ, * ὅτι ὁ ἐκβεβλημένος
οὐδὲ ἐλπίδα τοῦ εἰσιέναι ἔχει, ὅθεν ἐξεβλήθη. καὶ
ὑποφαίνεται μοι ἐρευνῶντι τὴν ἐκκειμένην γρα-
φὴν, μήποτε ταῦτα ὁ ἰησοῦς ποιήσῃ καὶ κατὰ τὴν
δευτέραν ἐπιδημίαν, ἣ κατὰ τὴν προσδοκωμένην
θείαν κρίσιν. εἰσελθὼν γὰρ εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ
ὅλον, τὴν πᾶσαν ἐκκλησίαν τὴν, ἥτις ἐστὶν
ἐκκλησία, ἐν ὀνόματι χριστοῦ συνεστηκυῖαν μέχρι
τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, ὡς ἂν εὕρῃ τῶν πωλεῖν
καὶ ἀγοράζειν ἀναστρεφομένας τῶν νομιζομένων εἶ
ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ θεοῦ * ἐκβάλῃ. καὶ ὡς ἂν εὕρῃ
τραπέζας πήξαντας καὶ νενομικὼς κολλυβιστὰς,
ἐλέγξει καταστρέψας αὐτῶν τὰς τραπέζας, καὶ
τῷ λόγῳ δείξας οἷα τοῖς ὁ ἀργύριον ἐμπρήσα-
σι. ὅτι τὸ καὶ τὰς, ἃς διηγησάμεθα, καθέδρας
τῶν πωλούντων τὰς φεριτερὰς καταστρέψῃ· εἰ
δέ τις τοῦδε τῶν τειῶν τούτων εἰδὼς ἔχει, καὶ ἐν τῷ
ναῷ εἰσιόν τοῦ θεοῦ, θαρρείτω, ὅτι τὸ ἐκ-

A bus. Quod si illustrandæ Scripturæ gratia tria eorum genera, qui hic congregati erant, accuratius exponenda sunt, videndum annon qui è populo nullis alijs quam mundi rebus occupantur, & vendendo solum emendoque dediti sunt, raro autem orationibus, & quæ desiderat divinum Verbum operibus incumbunt, ij sint qui in Dei templo vendunt & emunt: Diaconi vero qui Ecclesiæ pecunias non recte dispensant, sed eas semper manibus contrectant, non honeste vero administrant; sed ea quæ vulgo divitiæ existimantur esse, & pecunias coacervant, vt ex ijs quæ pauperum nomine erogantur divites fiant, hi numularij sint, pecuniarum mensas habentes, quas Servator evertit: Episcopi autem & Presbyteri quibus priores populi sedes attributæ sunt, quique totas Ecclesias quibus minime oportet tradunt, & principes quos non expedit constituunt, ij sint columbarum venditores, quorum mensas pessundedit Iesus. Vnusquisque ergo eorum qui in Cathedra Ecclesiæ sedent, & *diligunt pri-* Luc. 11. 43.
C *mas cathedras in Synagogis*, videat annon ita in cathedra sua sedeat, vt quum advenerit Iesus, eam, vt pote dignam quæ evertatur, sit eversurus. Sed & quisquis ex Diaconatu pecunias corradit, postquam propositum Scripturæ locum animo hauserit, argentum mensis amplius non congerat, ne eas deturbet Iesus. Præterea quos curæ, & vitæ hujus sollicitudines venditionibus emtionibusque implicant, caveant ne adveniens Iesus Templo eos eijciat, quando scilicet qui ejectus est; eo etiam regrediendi, vnde ejectus est, spe
D caret. Quinetiam præsentem Scripturæ locum perscrutanti mihi, annon hæc in secundo adventu qui expectati divini judicij tempore continget, acturus sit Servator, aliqua mihi incessit dubitatio: nam quum in templum Dei vniversum ingressus fuerit, totam videlicet Ecclesiam, quæ ex quo constituta est Ecclesia, in nomine Christi ad consummationem vsque sæculi perseverat, quoscumque ex ijs qui in templo Dei esse creduntur, emtioni, venditionique operam dedisse comperit eijciet; quosque mensas statuisse, &
E numulariæ rei vacasse deprehenderit, eversis eorum mensis, peccatisque omnibus circa pecuniam admissis, sermone apertis ac patefactis coarguet; tunc quoque eorum etiam, vt diximus, qui columbas vendunt, cathedras subvertet. Quod si tribus his generibus aliquis neutiquam fuerit affinis, & in Dei templo inveniatur, confidat ille, à Iesu enim minime eijcietur, neque de rebus ad eum pertinentibus

quicquam evertetur, neq; quasi qui latronum ſpeluncam domum orationis fecerit, verbis tanquàm latro caſtigabitur; cum pœnas dabunt, qui latrocinijs ſuis, & nequitia domum orationis latronum ſpeluncam fecerunt. Poſtquam ergo excogitatam à nobis, & Eccleſię duplici modo applicatam expoſitionem ſuper hoc loco tradidimus, agedum, an eo quoque pacto intelligi poſſint quæ hoc habentur loco, præterea videamus. Haud ſecus ac Eccleſia, naturaliter templum Dei eſt vniverſa natura ratione prædita, ad id creata vt capiat gloriam Dei, quæ Paralipomenon ſecundo, & tertio Regum viſa eſſe in Templo poſt ipſius ructuram narratur. Id autem, quod natura ſuapte templum Dei eſt, animam ſcilicet, vendentibus & ementibus cogitationibus, & quæcumque ad rem numulariam pertinent attendentibus nos peccantes complevimus; atque alijs item, dum peccatis dediti ſumus, vendentibus & nundinantibus quidquid ſanctum in anima noſtra reliquum fuit, quod erat columba, replevimus. Qui ergo peccatis addicti ſunt, & cogitationibus, quæ latronum ſimiles ſint, repleti ſunt, ijs ait Ieſus: *Scriptum eſt, Domus mea, domus orationis vocabitur; vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Latrones ergo, qui domum orationis ſpeluncam fecerunt latronum, Templo ejecit Ieſus: at qui eadem de Ieſu ſentiunt quæ latrones, de Ieſu quidem dixerunt: *Crucifige, crucifige eum*; de latrone autem Barabba: *Dimitte nobis Barabbam.* Quocirca ad hanc vſque diem Ieſum quidem non habent Iudæi, nec enim in Filium Dei crediderunt; at latronem Barabbam qui de ſpiritualibus nequitiæ eſt, jam comprehenſum & carcere concluſum ſecum habent, quem adverſum ſe dimitti poſtulaverunt: propterea increduloruin Iudæorum imperium tenet Barabbas latro.

2. Par. 5. 14
3. Reg. 8. 11.

Matth. 21. 13.

Matth. 27. 21, 22.

A βλησθήσεται ὑπὸ τοῦ ἰησοῦ, ὅτε τὴν αὐτοῦ καθαρεφθήσεται, οὐδ' ὡς ποιήσας τὸν οἶκον προσευχῆς σπήλαιον λῃστῶν ὀνειδισθήσεται ὡς λῃστής, ὅτε κολασθήσονται οἱ ποιήσαντες τῇ ἑαυτοῦ λῃστείᾳ, καὶ ἀδικίᾳ τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς σπήλαιον λῃστῶν * ἐρημοῦν τίνων εἰς ὃ ῥητὸν τῆς ὑποπτώσης ἡμῖν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν διχῶς ἀποδεδομένης διηγήσεως, φέρε μὴ ταῦτα ἴδωμεν εἰ δυνάται καὶ ὅτι τὰ κατὰ τὸν τόπον νοηθῆναι· οὐκ ἔλαθον τῆς ἐκκλησίας φύσει ἱερὸν ὄντι θεοῦ πᾶσα λογικὴ φύσις κατεσκευασμένη ἵνα χωρήσῃ δόξαν θεοῦ, καθὼς γέγραπται ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν παραλειπομένων, καὶ τῇ τρίτῃ τῶν βασιλειῶν, ὁ φυσικὸς μὲν τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ ἐν αὐτῷ· τοῦτο δὲ ὁ φύσει ἱερὸν τοῦ θεοῦ, τὴν ψυχὴν, πεπληρώκαμεν οἱ ἀμπορεύοντες πωλούντων καὶ ἀγοραζόντων λογισμῶν, καὶ ἄλλων καθὼς ἀργυρίου πόρτα σκηποιούντων ἀμφιλογισμῶν. πεπληρώκαμεν δὲ ἀμπορεύοντες, καὶ ἄλλων πωλούντων καὶ ἀπεμπολούντων εἴ τι * ἄγιον κατάλειμμα ἐν τῇ ψυχῇ ἡμῶν γεγένηται, ὅ ἐστιν ἐν τοῖς ἀμπορεύουσιν ὁ ἰησοῦς, καὶ πεπληρωμένοις λῃστῶν λογισμῶν τό· γέγραπται, ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται. ὑμεῖς δὲ αὐτὸν πεποιήκατε σπήλαιον λῃστῶν· ὁ μὲν οὖν ἰησοῦς τοὺς ποιήσαντας σπήλαιον λῃστῶν τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς λῃστὰς ἐξεβάλλεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ. οἱ δὲ τὰ αὐτὰ τοῖς λῃσταῖς φρονοῦντες, καθὼς μὲν ἰησοῦ εἰρήκασι. σταύρου, σταύρου αὐτόν. καθὼς δὲ τοῦ λῃστοῦ βαραββᾶ· ἀπόλυσον ἡμῖν τὸν βαραββᾶν· ὅθεν μέχρι σήμερον ἰουδαῖοι ἰησοῦν μὲν οὐκ ἔχουσιν, οὐ γὰρ πεπιστεύκασιν εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. ἔχουσι δὲ μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ἀπὸ τοῦ πνευματικοῦ τῆς πονηρίας βαραββᾶν τὸν λῃστὴν ἤδη κεκρατημένον, καὶ εἰς φυλακὴν κατακεκλεισμένον, ὃν * καθ' ἑαυτοῦ ἠξίουν ἀπολυθῆναι. διὰ τοῦτο ἀρχὴ τῶν ἀπίστων ἰουδαίων βαραββᾶς ὁ λῃστής·

B

C

D

De ſanatis in Templo cæcis & claudis.

Περὶ τῶν ἐν τῷ ἱερῷ θεραπευθέντων τυφλῶν καὶ χωλῶν·

Matth. 21. 14. & ſq.

Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in Templo, & ſanavit eos, & reliqua, vſque ad id: *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.* Literæ ſenſus planus eſt & facilis; ſed vt anagogicas interpretationes ſupra traditas perſequar, in templo Dei, domo orationis, Eccleſia ſcilicet non omnes videre, neque omnes, vt ita loquar, recto pede incedere dicendum eſt; nam ex ijs qui congregati ſunt, cæci ſunt nonnulli, alij vero claudi, qui quod cæcitatem &

E

Καὶ προσῆλθον αὐτῷ τυφλοὶ καὶ χωλοὶ ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς, καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον· τὰ μὲν τῆς λέξεως δῆλα. ἀκολούθως δὲ ταῖς προαποδεδομέναις ἀναγωγαῖς λεκτέον ὅτι ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ θεοῦ, τῷ οἴκῳ τῆς προσευχῆς, τῇ ἐκκλησίᾳ, οὐ πάντες εἰσὶ βλέποντες, οὐδὲ, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, ὀρθοποδοῦντες. εἰσὶ γάρ τινες οὐ τυφλοὶ, καὶ ἄλλοι χωλοὶ τῶν ἀθροιζομένων, οἱ

πνες ἐκ τῆς σωμα θέσθαι τῆς ἑαυτῶν τυφλότη-
τος καὶ χωλότητος, καὶ τῷ γινώσκειν ὅτι σωτήρ ἐστι
τοῦ θεοῦ ἔργον ἐστὶ, καὶ τῷ λόγῳ τῷ θεοῦ ὃ θεραπεύουσι αὐτοὺς, προσεχθέντες αὐτῷ θεραπεύουσι.
μετὰ τοῦτο γίνεται ὅτι οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς, καίτοιγε ἰδόντες τὰ θαυμάσια ἃ ἐποίουν ὁ ἰησοῦς, καὶ τοὺς παῖδας ἀκούοντας δοξαζόντων τὸν θεὸν ἐν τῷ ἱερῷ, τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀγανακτήσαν καὶ παραφρονοῦντες τοὺς ὑμνοῦντας τὸν ἰησοῦν παῖδας, καὶ ἀγανακτήσαντες φασὶ πρὸς αὐτὸν· ἀκούεις τί ὅτι λέγουσι; ὁ δὲ δυσκαιρῶν αὐτοὺς ἀπεκρίνατο, ὅτι τοσοῦτον χρόνον ἐν τῇ θείᾳ ἀναστρεφόμενοι γραφαῖς μέχρι τοῦ δεῦρο, οὐκ ἀνέγνωτε, ἵνα μὴ καταφρονήσητε τοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μικροὺς, καὶ παιδίον ὑμνοῦντα ἐμὲ καὶ τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα μου, ὅτι οὐκ σώματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον; μήποτε δὴ, ὡς καὶ τὴν ἱερεῖαν ψευδεῖς εἰσιν ἃ ὅτι οἱ ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς, ὅτιος καὶ τὴν ἀναγωγὴν εἰσί τινες ψευδοὶ ἀρχιερεῖς, ὃ ὄνομα τῆς ἐπισκοπῆς κοσμοῦντες τοῖς ἑαυτῶν βίοις, οὐδὲ ἐνδεδυμένοι τὴν δόξαν καὶ τὴν ἀλήθειαν; ὅτι δὴ καίτοιγε βλέποντες τὰ τοῦ θεοῦ θαυμάσια, οὐδὲν ἧττον καταφρονοῦσι τοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μικροῦ μὲ καὶ νηπίων, ὑμνούντων δι' ὃν καὶ τὸν χρεῖον αὐτοῦ, καὶ ἀγανακτοῦσιν ὅτι τῇ τοῦ πρεσβυτῆ, καὶ κατηγορεῖν αὐτῶν τῷ ἰησοῦ, ὡς ἀμαρτανόντων τοῦ μὴ ἀμαρτάνοντων, καὶ * ὡς ἀκούοντων πατὴρ τοῦ εἶναι τηρεῖν, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· ἀκούεις τί ὅτι λέγουσι; καὶ τότε ὁ ἐπὶ μᾶλλον σωνήσαν, ἐπιτήσαντες τινὰ τόπον πολλάκις τοῖς ἔθνεσι καὶ τῷ πνεύματι, καὶ μέχρι φυλακῆς πρὸς τὰς ἀπίστους τοῦ καθεδημένοις, καὶ κινδυνεύουσι καταφρονοῦσι, καὶ μετὰ πάσης εὐτονίας ἀσκοῦσιν ἀγνείαν καὶ πραότητα, ἡδοναῖς τῇ λέξει, ὅτι πλήσουσιν ὡς ἀπάκτοις οἱ ψευδεῖς ἀρχιερεῖς, καὶ ἐγκαλοῦσιν αὐτοῖς τοῦ τοῦ ἰησοῦ, ὡς αὐτοὶ δικαιότερον τοῦ πάντων τοῦ ὅτι τοιοῦτοι, καὶ ζηλοῦν παιδίων· ἀλλ' ὁ ἰησοῦς τοῖς παιδίοις μὲ μαρτυρεῖ, τοῖς δὲ ἀρχιερεῦσιν ἀμαθίαν ἐγκαλεῖ διὰ τὸ λέγειν· οὐδέποτε ἀνέγνωτε ὅτι ἐκ σώματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. ἑαυτῷ γὰρ ὁ θεὸς αἶνον ἐν τοῖς τοιούτοις καταρτίζεται, ἐφ' οἷς ἐπιγνοῦσιν τὸ πατὲ ὁ ἰησοῦς λέγει· ἐξομολογοῦμαί σοι πατὲρ κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπεκρύψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ

A claudicationem sibi conſciant, & à ſolo Deo, & Dei Verbo ſanari ſe poſſe intelligant, poſtquam ad id acceſſerunt, ſanantur. Deinceps ſcriptum eſt Principes ſacerdotum, & Scribas, etiamſi portenta à Ieſu edita vidiſſent, & pueros in Templo, hoc eſt in Eccleſia, Filium Dei laudibus celebrantes audirent, ſpretis pueris Ieſum laudantibus indignatos eſſe, præque indignatione Soſpitatori dixiſſe: *Audis quid iſti dicunt?* at eum pudorem illis incutientem reſpondiſſe; Vos qui in Sacrarum Scripturarum lectione tandiu hactenus verſati eſtis, nonne legiſtis: *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem*, vt ne parvulos in Eccleſia ac puerulos me, meúque Patrem qui in cœlis eſt laudantes aſpernemini? Quemadmodum ergo juxta hiſtoriam reprehendendi ſunt Principes hi ſacerdotum, & Scribæ, annon juxta anagogen reprehendendi quoque ſunt quidam Principes ſacerdotum, Epiſcopatus nomen vita ſua & moribus non ornantes, neq; Sciētia & Veritate induti? Hi ergo etiamſi Dei miracula videant, tamen eos qui in Eccleſia parvuli quidem & pueruli ſunt, ſed Deum nihilo ſecius ipſiuſque Chriſtum laudant, contemnunt, ipſorumque profectum ægre ferunt; & qui minime peccant tanquam peccantes, & quaſi morem neutiquam gerentes qui partes ſuas ac vicem recte tuentur, apud Ieſum accuſant, eique dicunt: *Audis quid iſti dicunt?* Id vero nobis intellectu etiam facilius erit, ſi in mentem revocaverimus quemadmodum ſpiritu ferventes, & ad carcerem vſque cum infidelibus dimicantes, & periculum ſpernentes, & caſtitatem ac virginitatem conſtantiſſime ſervantes, in literis vero ignaros, quaſi diſſolutos increpant reprehenſione digni ſacerdotum Principes, eoſque apud Ieſum accuſant, quaſi probis vſqueadeo boniſque pueris æquius ſanctiuſque ſe gerant. At Ieſus pueros quidem teſtimonio ſuo comprobat, ſacerdotum autem Principibus ignorantiam objicit dicens: *Nunquid legiſtis, quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?* & quum in Eccleſia eos videris, qui, vt ſuperius diximus, *Sicut modo geniti infantes, rationabile, ſine dolo lac concupiſcunt*, & lactentes ipſum lac potant, & Deum præterea fide & vita ſua prædicant, in illis id compleri animadverte: *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem*: in ejuſmodi enim hominibus laudem ſibi ipſe parat Deus, quorum nomine Patri gratias agens Ieſus dicit: *Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus,*

Matth. 21. 15.
Matth. 21. 16.
1. Pet. 2. 2.
Matth. 11. 16.
Matth. 11. 25, 26.

* Χ. ὡς μὴ ἀκούοντων πατὲρ

* Ιω. τὸ

* C.R. γὰρ λαλεῖ

& prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita, Pater, quoniam sic fuit, & cætera.

A ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις· ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο, καὶ τὰ ἑξῆς·

De ficu arefacta.

Περὶ τῆς ξηρανθείσης συκῆς·

Matth. 21. 17. & seq. *Et relictis illis abijt foras extra civitatem, usque in Bethaniam*, & quæ subnexa sunt, usque ad id: *Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.* Quibusnam relictis ex vrbe Hierosolyma excessit Iesus, è qua cum exijsset, manebat in Bethania? an sacerdotum Principibus ac Scribis populi, qui prodigia ab illo edita, & clamantes in templo pueros, ac dicentes: *Osanna Filio David*, viderunt, & ijs nihilominus Christum laudantibus succensuerunt, propterea que reprehensi sunt, vt pote qui ad id non advertissent: *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?* Et quoniam hanc reliquit Hierosolymam, & extra civitatem fuit, idcirco corruit, & lapis super lapidem non amplius manere, imo & subverti cœpit, donec omnia exscinderentur. Venit in Bethaniam, obedientiæ domum, Ecclesiam nimirum, vbi diversatus est, & requievit; quandoquidem Hierosolymæ, vbi reclinaret caput, vt pote ejusmodi Principibus sacerdotum ac Scribis eam incolentibus, non habebat. Postquam autem in Bethania, obedientiæ scilicet domo conquievit, postquam constitui cœpta est Ecclesia, & in ea conquiescendi initium fecit Christus, tunc in civitatem quã reliquerat, & extra quam fuerat, revertitur, & in eam revertens esurit; & visa vna in via ficu, quæ populi arbor erat, accessit ad eam; & nihil in ea edule, sed vitæ tantum signa invenit; folia quippe in ea erant, absque vllo fructu: tunc vero quoniam animata erat ficus, eam propterea, quasi debitam sibi imprecationem audiret, compellat his verbis, Nunquam tibi innascatur fructus, quamdiu perseverabit præsens ætas. Inde fit, vt sterilis existat Iudæorum Synagoga, & ad consummationem vsque sæculi, donec plenitudo gentium adveniat, talis erit. Exaruit autem ficus, cum inter homines humano corpore indutus & ipse Iesus etiamnum viveret. Videntes autem Discipuli mirati sunt dicentes: *Quomodo continuo aruit ficus?* animæ quippe oculis arefactæ ficus mysterium viderunt, & non tam quod exaruerit, quam quod subito & derepente aruerit, obstupuerunt. Aridam enim ficum, hunc nimirum Israëlis populum intuebantur; & cum arefactam derepente ficum videntes Discipuli mirarentur, quasi id quod dictum fuerat confirmans Iesus, ita respon-

Matth. 8. 20.

Matth. 21. 18, 19.

Matth. 21. 20.

Καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς, ἐξῆλθεν ἔξω τῆς πόλεως ἕως * εἰς βηθανίαν, καὶ ἐξῆς, ἕως B. * C. R. τῆς βηθανίας
καὶ πάντα ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῇ προσευχῇ πιστεύοντες, λήψεσθε· τίνας καταλιπὼν ὁ ἰησοῦς ἐξῆλθε τῆς νῦν ἱερουσαλὴμ πόλεως, ἀφ' ἧς B ἐξελθὼν ἐν βηθανίᾳ ἦν; ἢ τοὺς ἰδόντας μὲν ἀρχιερεῖς, καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ τὰ θαυμάσια ἃ ἐποίησε, καὶ τοὺς παῖδας κράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ καὶ λέγοντας· ὡσαννὰ τῷ υἱῷ δαβίδ, οὐδὲν ἧττον ἀγανακτήσαντας ὅτι τοῖς αἰνοῦσι τὸν χριστὸν, καὶ διὰ τοῦτο ἐλεγξάντας, ὡς μὴ νενοηκότας τὸ· ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον· καὶ ἐπεὶ κατέλιπεν ἐκεῖνα τὰ ἱεροσόλυμα, καὶ ἔξω γέγονε τῆς πόλεως, διὰ τοῦτο πέπωκε, καὶ λίθος ὅτι λίθον οὐκ ἔτι ἤρξατο μὴ μένειν, ἀλλὰ καθαιρεῖσθαι, ἕως πάντα καταλυθῇ· ἦλθεν εἰς C βηθανίαν, τὸν τῆς ὑπακοῆς οἶκον, τὴν ἐκκλησίαν, ἔνθα καὶ ἠσυχίαθη, καὶ ἀνεπαύσατο, ἐπεὶ μὴ εἶχεν ἐν ἱεροσολύμοις ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίναι, ἅτε τοιούτων ἀρχιερέων καὶ γραμματέων ὄντων ἐν αὐτοῖς· ὅτε δὲ ἀνεπαύσατο ἐν τῇ βηθανίᾳ τῇ τῆς ὑπακοῆς οἴκῳ, μετὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ συστῆναι τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀναπαύσασθαι τὸν χριστὸν ἐν αὐτῇ, τότε ἐπεμάγη εἰς τὴν πόλιν ἣν καταλέλοιπε, καὶ ἧς ἔξω γέγονε, καὶ ἐπεμάγων εἰς αὐτὴν πεινᾷ, καὶ μίαν ἰδὼν συκῆν ὅτι τῆς ὁδοῦ, ὃ δέον D τοῦ λαοῦ, ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν, καὶ οὐδὲν εὗρεν ἐν αὐτῇ βρώσιμον, ἀλλὰ μόνον ζωῆς ἐμφασιν. φύλλα γὰρ χωρὶς καρπῶν ἦν ἐν τῇ συκῇ. εἶτ' ἐπεὶ ἔμψυχος ἦν αὕτη ἡ συκῆ, διὰ τοῦτο λέγει ὡς ἀκούσῃ τὴν παρέπωσιν αὐτῇ ἀρᾶ. ὃ δὲ λεγόμενον τοιοῦτον ἦν. ὅσον σωιζήκειν ἐστὶ τὰς αἰῶν, μηκέτι γένοιτο ἐν σοὶ καρπός· διὰ τοῦτο ἄκαρπος ἐστὶν ἡ ἰουδαίων συναγωγὴ, καὶ τοῦτο τὸ ὁ αὐτῇ ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, ἕως ὁ πληρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ· ἐξηράνθη δὲ ἡ συκῆ ἐπ E ὀπτοδημοιοῦντος τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐνανθρωπουντος ἰησοῦ· ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ ἐθαύμασαν λέγοντες· πῶς παρὰ χρῆμα ἐξηράνθη ἡ συκῆ; τοῖς γὰρ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς εἶδον ὃ τῆς ξηρανθείσης συκῆς μυστήριον, καὶ ἐθαύμασαν οὐχ ὅτι ὅτι ὃ ἐξηράνθη αὐτὴν, ὡς ὅτι ὃ παρὰ χρῆμα ἐξηράνθη· ἔβλεπον γὰρ ξηρὰν τὴν συκῆν, τὸν λαὸν τὸν ἰσραὴλ ἐκεῖνον, καὶ θαυμάζοντες τοῖς μα-

θηταῖς ἐν τῷ ἐωρακέναι παρὰ χρῆμα τὴν συκῆν ἐξηραμμένην, ὅπερ εἰδεὶς ὁ ἰησοῦς εἶπεν ἐμπε-

δαν ὁ λεχθέν. ἀμὴν, ὅτι ἐὰν ἔχητε πίστιν, A dit: *Amen, si habueritis fidem, & non hæsitaveritis, non solum hoc quod ficui contigit, facietis; sed & si monti huic dixeritis, Tollere, & jacta te in mare, fiet.* Qui ergo credunt Discipuli, neque dubitant, id quoque efficiunt, quod ficui contigit, dicentes ei: *Vobis oportebat loqui Verbum Dei, sed quoniam indignos vos judicatis, ecce convertimur ad Gentes*, eamque à se relictam arefaciunt, vt vitalis ipsius facultas ad Gentiles transeat, ad eosque spiritus populum hunc antea conservans traducatur. Præter facultatem autem id efficiendi quod ficui contigit, Discipulis etiam suis pollicetur Dei Verbum, futurum vt si fidem habuerint, neque dubitaverint, cum indicato à se monti, id est adversariæ Potestati sese adversus homines extollenti dixerint: *Tollere, & projicere in mare*, id ita contingat: ab vnoquoque enim eorum quibus auxilium præstant Discipuli Iesu, gravis nequitiæ mons, Satanas nimirum auferatur; auferente eo qui ipsius victor evasit, & in mare, abyssum scilicet, projicitur, eodem in destinatum ipsius supplicio locum projiciente. Ac de hoc quidem mari id in Psalmis dicitur: *Hoc mare magnum & spatiosum, illic naues pertranseunt, Animalia pusilla cum magnis, Draco iste quem formasti ad illudendum ei*; & in alio Psalmo: *Tu confregisti capita Draconis*, videlicet in mari, atque illic *Confregisti caput Draconis, dedisti eum escam populis Æthiopum.* Ab vnoquoque igitur eorum qui ad salutem à Verbo præparantur, mons à Iesu conspectus & monstratus auferitur, & in mare mittitur per sermonem Discipuli Iesu, in doctrina capessenda feliciter versati, & monti qui in vnoquoque auditorum est dicentis: *Tollere & projicere in mare*; atque illud quidem cum fide, & absque dubitatione dicentis, vt optatum verba ipsius exitum mancipentur, & vt quæcunque in oratione petiverit qui fidem habet, & non dubitat, credens consequatur. Hæc porro Bethania est quam habitabat is amicus Iesu qui è mortuis sustrexit; & quisquis certe Dei sermoni obtemperat, & obedientiæ mandata animo alte defixa retinet, obedientiæ domus est, & Bethania, in qua diversatur Christus, & conquiescit. Sed quoniam ex hoc loco res sapientia Dei à qua conscripta sunt Evangelia dignæ depromendæ sunt, animadverte annon juxta simpliciorum interpretationem supervacaneum sit illud: *Relictis illis abijt foras extra civitatem*; quomodo enim extra civitatem esse potuisset, ijs non relictis, apud quos prius erat? At secundum eos qui

Mat. 21. 21.

Act. 13. 46.

Psal. 103. 25, 26, 27.

Psal. 73. 14.

καὶ μὴ διακριθῆτε, οὐ μόνον ὃ τῇ συκῇ πεποίηκε, ἀλλὰ καὶ τῷ ὄρει τούτῳ εἴπητε, ἄρθητι καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, γενήσεται. οὐκοῦν οἱ πιστεύοντες μαθηταὶ, οὐ μὴ διακρινόμενοι, ποιοῦσι καὶ ὃ τῇ συκῇ λέγοντες αὐτῇ· ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον λαλεῖσθαι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη, καὶ καταλιπόντες αὐτὴν, ξηραίνομεν αὐτὴν, ἵν' ἡ ζωοποιὸς δύναμις αὐτῆς μεταδῷ ὅτι τοῖς ἀπὸ τοῦ ἔθνους, οὐ ὃ πρότερον συνέχων πνεῦμα τῶν λαοῦ ἐκείνου μεταδῷ ὅτι τοῖς ἀπὸ τοῦ ἔθνους· πρὸς τοῦτο δὲ ποιεῖν ὃ τῆς συκῆς τοῦ μαθητὰς, ἐπαγγέλλει αὐτοῖς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ἐὰν ἔχωσι πίστιν, καὶ μὴ διακριθῶσιν, ὅτι τῷ δηκνυμένῳ ὑπ' αὐτοῦ ὄρει, τῇ αὐτοκινήτῳ ἐνεργείᾳ ἐπαιρομένῃ καὶ τοῦ θεοῦ πνεύματος λόγῳ· ἄρθητι καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, οὐ γένοιτο· αἴρει γὰρ ἀφ' ἑκάστου τῶν ἀφελουμένων ὑπὸ μαθητοῦ Ἰησοῦ ὃ βαρὺ τῆς κακίας ὄρος, ὁ ἐνθυμεῖται, αἴροντος αὐτὸν τοῦ νικήσαντος αὐτὸν, καὶ βάλλει εἰς τὴν θάλασσαν, τὸν ἄβυσσον, βαλόντος αὐτὸν εἰς τὸν ἄξιον αὐτοῦ τόπον τοῦ κολάσεως· καὶ οὗτος ἐνταῦθα τὴν θάλασσαν ἐν ψαλμοῖς λέγεται τό· αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος. ἐκεῖ πλοῖα διαπορεύεται, ζῶα μικρὰ μετὰ μεγάλων, δράκων οὗτος ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῷ· καὶ ἐν ἄλλῳ ψαλμῷ· ἐκεῖ συνέθλασας τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος, δῆλον δὲ ὅτι ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐκεῖ συνέθλασας τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος, ἔδωκας αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς αἰθίοψιν· αἴρει δὴ καθ' ἕκαστον τῶν ὑπὸ τοῦ λόγου καταρτιζομένων εἰς τελειόνους ὃ ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ βλεπόμενον καὶ δεικνύμενον, καὶ βαλεῖ εἰς τὴν θάλασσαν τοῦ τοῦ ἐπιτυγχάνοντος μαθητοῦ Ἰησοῦ ἐν διδασκαλίᾳ λόγων, λέγοντος τοῦ ἐν τῷ καθ' ἕκαστον τῶν ἀκούοντων ὄρει· ἄρθητι καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, λέγοντος ὅ μετὰ τοῦ ἔχειν πίστιν καὶ μὴ διακρίνεσθαι, ἵνα καὶ ὃ λεχθέν γένοιτο, καὶ τὰ πρῶτα ὅσα εἶδε ὁ ἔχων πίστιν καὶ μὴ διακρινόμενος αἰτήσῃ ἐν τῇ προσευχῇ, πιστεύων λήψῃ· αὕτη δὲ ἐστὶ Βηθανία, ἔνθα ὁ ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς Ἰησοῦ φίλος κατῴκει· καὶ πᾶς ὁ ὑπακούων τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ, καὶ τὸν λόγον τῆς ὑπακοῆς ἐνδυμένον ἔχων ἑαυτῷ, οἵας ἐστὶν ὑπακοῆς, καὶ Βηθανία, ἐν ᾗ αὐλίζεται ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀναπαύεται· ἐπεὶ δὲ πρόσταγμα λαμβάνειν δεῖ ἀπὸ τῶν λεχθέντων ἄξια σοφίας θεοῦ, ἀφ' ἧς τὰ εὐαγγέλια γέγραπται, σκόπει εἰ μὴ καὶ τοὺς ἀπελθόντας νοεῖν πρέπει τὸ· καταλιπὼν αὐτοὺς ἐξῆλθεν ἔξω τῆς πόλεως. πῶς γὰρ ἐδύνατο ἔξω τῆς πόλεως γενέσθαι, μὴ καταλιπὼν τοὺς πρότερον παρ' οἷς ἦν;

acutius hunc locum intelligunt omnino priores relinquit, quãdo ad alios post illos, & cum illis accedit; sed & postquam in Bethania diversatus est, relicta haudquaquam Bethania in vrbem redit: in Bethania enim erat, & in vrbem redibat. Esuriebat autem Iesus, fructûs Spiritus qui in justo proveniunt, semper capere volens; & charitas quidem ejus qui illam primum Spiritus fructum profert, necnon gaudium, & pax, & lenitas, & cætera, hæ sunt, vt ita dicam, ficus ipsius, quas esuriens comedit; quos sane quamdiu de nobis fructus dabimus, haud exarescemus; at quotiescunque accedenti ipsi & fructũ comedendum quærenti non præbebimus, nobis dicetur: *Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum.* Nam præter jam traditam ficus explicationem, quasi populum ipsa significet, ad vnumquemque referri potest hæc oratio, quasi ficus sit, vel arefacta, vel fructum ferens, & vivens, & culta, vt majorem fructuum copiam emittat. Fortassis vero quemadmodum in sementi, *Exijt qui seminat, seminare, & quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cœli, & comederunt ea; alia autem ceciderunt in petrosa, & alia in spinas, & alia in terram bonam*; ficus itidem variæ sunt; & si in terra bona ficus sata sit, fructum fert, eumque esurienti Iesu præbet; at postquam secus viam consita fuerit, quemadmodum ea de qua id scriptum est: *Et videns fici arborem vnam secus viã*, Iesu ad se venienti fructum non præbet, *nihil enim in* ficu juxta viam adsita *invenit, nisi folia tantum*; idcirco quum secus viam esset quidem, sed folia tantum, at sine fructu haberet, quibus vitæ significationem daret, id dixit: *Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum.* Quandiu ergo ad ficum non accedit, nec fructum ejus adhuc requirit, sed dum fructum ferat ficus patienter expectat, non arescit; at cum advenerit qui fructus nostros appetit, si solam fidei pollicitationem absque fructibus habere inveniamur, confestim exarescemus, amissa etiam ea quam nobis fidei nomine pepereramus existimatione. Ac ejusmodi homines repetire licet, qui fidelium nomen diu gesserunt, & vivere se signis comprobaverunt, at aridi nihilominus omnino sunt: quos à Dei Verbo penitus recessisse & exaruisse videre est, quod fructum non dederint. Hoc sane loco exarescit ficus quæ esurienti Iesu fructum non dedit; alia autem succidi jubetur, ne terram occupet. Tum vero cum arefactum aliquem viderint Discipuli, postquam vivere se significi-

Matth. 13. 3. 4. & seq.

Luc. 13. 7.

A καὶ τοὺς συνεπόμενον ἀκούοντας τῶν λεγομένων, πάντας καταλείπει τοὺς πρότερον, ὅτε πρὸς ἑτέροις καὶ μετὰ ἐκείνους, καὶ σὺν ἐκείνοις. Ὅλως δὲ καὶ εἰς Βηθανίαν ἀπῆλθεν, καταλιπὼν τὴν Βηθανίαν εἰς τὴν πόλιν ἐπορεύετο. ἦν γὰρ καὶ ἐν Βηθανίᾳ, καὶ ἐπορεύετο εἰς τὴν πόλιν· ἐπείνα δὲ ὁ Ἰησοῦς, ἀεὶ τοῦ ἐν ᾧ δικαίῳ βουλόμενος μεταλαβεῖν καρπῶν τοῦ πνεύματος. καὶ ἔστιν αὐτοῦ, ἵν' ἅπαξ ὀνομάσω, τὰ σύκα ὧν πεινῶν ἐσθίει, ἡ ἀγάπη τοῦ καρποφορεῖν τοῦ αὐτὸν, ὅσοι ἂν καρποὶ τοῦ πνεύματος, καὶ ἡ χαρὰ, καὶ ἡ εἰρήνη, καὶ ἡ μακροθυμία, καὶ τὰ λοιπά. ἄπνα ὄντα μὴ καρποφορεῖν, οὐ ξηραινόμεθα· ἐπεὶ δὲ ὁπόταν αὐτοῦ καὶ ζητοῦντος καρπὸν ἵνα φάγῃ μὴ παρέχωμεν, λελέξεται πρὸς ἡμᾶς· μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένοιτο εἰς τὸν αἰῶνα· χαρεὶς γὰρ τῆς παραδεδομένης παρὰ συκῆς ὡς τοῦ λαοῦ δικαιώσεως, ἔστι καὶ ὅπερ ἕκαστον ἀγαθὸν τὸ λόγον συκῆν ὄντα, ἤτοι ξηραινομένην, ἢ φέρουσαν καρπὸν, καὶ ζῶσαν, καὶ γεωργουμένην, ἵνα πλείστα καρπὸν φέρῃ· τάχα δὲ ὥσπερ ὅπερ τοῦ σπόρου, ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν, καὶ ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτὰ, ἃ δὲ εἰς τὰς πέτρας, καὶ ἃ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας, καὶ ἄλλα εἰς τὴν καλὴν καὶ ἀγαθὴν γῆν, ἅπερ καὶ συκῆ εἰσι παραφορεῖ. Ἐὰν μὴ ἡ συκῆ ὅπερ τῆς καλῆς καὶ ἀγαθῆς γῆς, καὶ φέρει καρπὸν, καὶ πεινῶντι τῷ Ἰησοῦ παρέχῃ αὐτόν. ἐπεὶ δὲ ἡ παρὰ τὴν ὁδὸν, ὡς αὐτὴ παρὰ τῆς γέγραπται τό· καὶ ἰδὼν συκῆν μίαν ὅπερ τὴν ὁδὸν, ἐλθόντι τοῦ Ἰησοῦ οὐ δίδωσι καρπὸν, τοῦτο γὰρ διείσκει ἐν τῇ παρὰ τὴν ὁδὸν συκῇ, εἰ μὴ φύλλα μόνον, ὅπερ λέγει αὐτῇ, ἐπὶ παρὰ τῷ ὁδὸν ἦν, καὶ φύλλα μόνον εἶχεν ἔμφασιν τοῦ ζῆν, ἀλλ' οὐ μὴ καρπὸν τό· μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένοιτο εἰς τὸν αἰῶνα· ὅσον μὲ οὖν οὐκ ἔρχῃ ὅπερ τὴν συκῆν, οὐδὲ ἤδη ζητεῖ τὸν καρπὸν αὐτῆς, ἀλλὰ μακροθυμεῖ παρεμένων εἴ πως εἴη καρπὸν ἡ συκῆ, οὐ * ξηραίνεται. ἐπεὶ δὲ ὁπόταν ἀστὸς τοῦ πεινῶντος ἡμῶν τοὺς καρποὺς εὑρεθῶμεν οὐδὲν ἔχοντες, εἰ μὴ τὴν ἐπαγγελίαν τῆς πίστεως μόνον, οὐ σωόντων αὐτῇ καρπῶν, παρὰ χρῆμα ξηραινόμεθα, καὶ δοκεῖν εἶναι πιστοὶ ἀπολωλεκότες· οὗ ἔστιν εὑρεῖν τοιούτους πολλοὺς ὅπερ πολλοὺς φορέσαντας χρόνον τοῦ τῆς πίστεως ὄνομα, καὶ ἐμφήνασας ὅτι ζῶσι καὶ πολυτελεῖς εἰσι * ξηραί· οὓς παρὰ τοῦ μὴ καρποφορεῖν ὅστιν ἰδεῖν καὶ ἀφισαμένους πολυτελεῖς τοῦ λόγου, καὶ ξηραινθέντας· ἐνθάδε μὲν οὖν ξηραίνεται ἡ μὴ διδοῦσα πεινῶντι τοῦ Ἰησοῦ καρπόν. ἀλλὰ ἡ συκῆ ἐκκόπτεσθαι κελεύεται, ἵνα μὴ τὴν γῆν καταργῇ· εἶθ' οἱ μαθηταὶ ἐπεὶ ἴδωσί τινα μὴ ζωπυρὴν ἔμφασιν ξηραινθέντα, θαυμάζουσι

B

C

D

E

* c. 8. ἐφ' ἑαυτοῖς

* 8. ἐφ'

μάζοντες· πῶς παραχρῆμα ἐξηράνθη ἡ συκῆ; ἵνα οὖν μᾶλλον νοήσωμεν ἕκαστα καθ' ἕνα ἐφαρμόζοντες τὰ κεφάλαια τὸν τόπον, ὅπερ ἡ σωμεν τινὰ ἐν τοῖς πειρασμοῖς ὁ μὲν Ἰησοῦς αἰτεῖ τὰς καρπούς, φέρ' εἰπεῖν, ἐν διωγμῷ τὴν ὁμολογίαν καὶ τὸ μαρτύριον. καὶ ἐν τῷ γυναικὸς ἀπιμαίνεσθαί τινι, τὴν τοῦ Ἰωσὴφ ἐγκράτειαν, καὶ σωφροσύνην. καὶ ἅπαξ καθ' ἕκαστον πειρασμὸν, τὸν ἀκόλουθον αὐτῷ καρπὸν· ὃς μὴ παρασκευασάμενος διδόναι πεῖναν τῷ Ἰησοῦ, καὶ ἐφισταμένῳ τὴν ὁμολογίαν, ἢ τὴν ἐγκράτειαν, παραχρῆμα ξηραίνεται. ὁ δὲ ἀρνησάμενος ξηραίνεται. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ πορνεύσας, καίτοι παρὰ τὸν πειρασμὸν κατὰ τὸν ζωτικὴν ἐμφάνειαν δυάμενον, καὶ οἱονεὶ τὰ φύλλα τῆς συκῆς περικείμενος· καὶ θαυμάζειν ὅτι τοῦ Διάβολον οἱ μαθηταὶ, πῶς, ὁ μὲν Ἰησοῦς ἐπίστευσε καὶ ζητεῖ τὸν καρπὸν, τῷ δὲ μὴ δίκαιον εἶπε, καὶ ἐξήρανται, καὶ παραχρῆμα ἐξηράνθη ἡ μὴ προσκυνησμένη εἰς τὸ φέρειν καρπὸν συκῆ· καὶ πολλάκις τὸν ἡνόμβρος συκῆ ἔτεσι πολλοῖσιν, ἐξηράνθη. ὅπερ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἐν καιρῷ πειρασμοῦ, καὶ ἀπαιτοῦντος τὸν καρπὸν, ἐδεδωκὼς αὐτῷ παραχρῆμα ἐξηράνθη, καὶ τὴν τοῦ Σώτου ἀπολέλοιπεν ἐν τῷ ζωῇ. καὶ τοῦτο δὲ ἐπιφέρει τὸ τοῦ Σωτῆρος λόγον, πάντα ὅσα ἔχεις δοθήσεται, καὶ περισσευθήσεται. ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἀργὸν ἢ ὃ δοκεῖ ἔχειν· ἕκαστος δὲ τῷ μαθητῇ ἐὰν ἔχῃ πίστιν, καὶ μὴ ἀμφιβάλλῃ, καὶ τὸ τῆς συκῆς ποιεῖ, καὶ τὸ ἑξῆς αὐτῷ ὑπηρετούμενον· καὶ ἔργον ἔστι δεῖξαι πῶς ὁ Ἰησοῦς μαθητὴς ζητήσας καρπὸν ἐν συκῇ, καὶ μὴ εὑράν, λέγει αὐτῇ· μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένοιτο εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα παραχρῆμα καὶ ἐπ' αὐτῷ ξηρανθῇ ἡ συκῆ· καὶ εἰς τοῦτο δὲ νόησόν τινα τὰ τῆς πίστεως ἐπαγγελόμενον, καὶ οἰόμενον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ ἐλθεῖν, καὶ πίστιν, καὶ τὸν Ἰησοῦν ἐν τῇ πλατείᾳ τῇ ψυχῇ αὐτοῦ διδασκόμενα. εἶτα ἐκέτι μαθητὴς ζητῶν καρπὸν σοφίας, καὶ λόγον ἐν αὐτῷ, καὶ τὸν θεὸν τοῦ διδάσκειν τὰ θεῖα ἐπαγγείλου, καὶ ζητῶν καὶ ἐρευνῶν τῷ λόγῳ αὐτοῦ, μηδένα καρπὸν εὑρεῖν. καὶ ἀφ' τοῦ αὐτοῦ παρίστασι τοῖς θεωροῦσι κενὸν τοῦ χρόνου, παρίστατο τῷ λόγῳ ὅτι οὐκ οἶδε τινὰ καρπὸν ἐν ἡμῖν αὐτῷ εἰς τὸν αἰῶνα ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ βεβλαμμένα· ὅσα οὖν εἰ μὲν ἐν τούτῳ ὁ ἔχων πίστιν καὶ μὴ ἀμφιβάλλει, ὁ τῆς συκῆς παραπλήσιος πῶς τῷ Ἰησοῦ ποιεῖ· καὶ κρεῖττον γέ ἐστι τὸν ἀπατηλὸν συκῆν, καὶ νομιζομένην μὴ ζῆν, μὴ καρποφορήσαν δὲ, ἐλεγχθῆναι ὅτι ἄκαρπος ἐστι, ξηρὰν τοῖς λόγοις τοῦ μαθητοῦ Ἰησοῦ φανῆναι, ἢ ἀπαιτεῖν τῇ τοιαύτῃ ζωῇ,

A cavit, mirantur dicentes: *Quomodo continuo aruit ficus?* Id præterea certius cognoscemus, si vnicuique rei, quæcunque continentur hoc loco sigillatim aptaverimus, attendentes quo pacto in tentationibus fructus postulat Iesus; in persecutione, verbi gratia, confessionem & martyrium; quum aliquem mulier deperit, continentiam Iosephi, & castitatem; & in singulis itidem tentationibus congruentem ei fructum. Qui autem ad dandam Iesu esurienti, & ad se adventanti confessionem vel
B continentiam se non accingit, arescit confestim; nam qui fidem ejuravit, arescit, ita & qui fornicatus est, etiamsi ante tentationum tempus vitæ significationem daret, & quasi ficus folijs indutus esset. Ejusmodi vero rebus obstupescunt Discipuli, qui esuriens Iesus, & fructum quærens accesserit, eoque non inuento statim dixerit, & factũ fuerit, & ad ferendum fructũ neutiquã parata ficus cõtinuo aruerit. Cum autem ficus sæpenumero multis annis homo aliquis fuerit, non exarescit; at cum tempore tentationis Iesus accesserit,
C & fructum exegerit, eo ipsi non dato, is subito exaruit, & tot annorum vitam amisit; atque id quidem fit, quoniam juxta ipsius Sospitatoris effatum: *Omni habenti* Matth. 25. 29.
dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo, ne quod videtur habere, otiosum sit. Vnusquisque porro Discipulorum si fidem habuerit, & non dubitaverit; id quod ficui contigit, facit, quodque ei subnexum est. Quinetiam planum facere operæ pretium est, quomodo Discipulus Iesu, quum fructum in ficu quæsiverit, nec repererit, ei
D dicat: *Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum*, vt hoc ipso momento ficus confestim arefiat. Animo hic tibi aliquem finge, quæ ad fidem pertinent profitentem, & in nomine Iesu edere se ac bibere, & in animę suæ plateis præcepta Iesum tradidisse credentem; deinde Discipulus sapientiæ fructũ & sermonem in illo quærens accedat, quatenus ipse divina docere se pollicitus est; at inquirens, & sermone ejus periculum faciens nullum fructum inveniat, & Christo propterea vacuum esse
E spectatoribus significans, hunc vana sui existimatione læsum nunquam fructum dare posse verbis declaret. Vide ergo an non quod in ficu fecit Iesus, in ejusmodi homine pariter efficiat qui fide pollet, & minime dubitat. Et multo quidem satius est fallacem ficum, & vivere creditam, fructus vero non mittentem, & sterilitatis manifestam, Discipuli Servatoris verbis

* κ. τὸν
* c. R. πὸ σας, καίτοι παρὰ τὸν πειρασμὸν κατὰ τὸν

* Lo. ἀπατεῶν ἐστι.

aridam declarari, quam vitæ ſpecie ac ſimulatione hominum minime malorum & deceptu facilium corda diutius decipere. Eximium ergo illud viſum eſt, quod circa ficum egit Ieſus, ipſiuſque Diſcipuli. Vnicuique autem infideli, & iniquo, pro infidelitatis, ac iniquitatis rata parte montem incumbere exiſtimo, qui Diſcipulorum Ieſu ſermone auferatur, & in mare ſupplicij ipſius mittatur; & quęcunque in deprecatione petierint Ieſu Diſcipuli credentes, accepturos, quaſi Diſcipulos nihil non æquum petituros, & quaſi magiſtro obtemperantes, neque quicquam niſi magnum & cœleſte poſcentes. Dixit enim Diſcipulis ſuis Ieſus, Magna petite, & parva vobis attribuentur; & cœleſtia petite, & terrena vobis adjicientur. At Marcus hanc conſcribens hiſtoriam diſſentaneum aliquid, minimeque veriſimile contextui videtur addidiſſe, dicens Ieſum *Quum vidiſſet à longe ficum habentem folia, veniſſe quaſi aliquid in ea inventurum: quum veniſſet autem ad eam, & nihil inveniſſet præter folia; non enim fuiſſe tempus ficorum, Reſpondentem dixiſſe ei, Iam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam manducet.* Nam ſi ficorum, inquiet aliquis, tempus non erat, quomodo ad ficum, quaſi aliquid in ea inventurus Ieſus acceſſit? & quomodo ei jure dixit: *Iam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam manducet?* Ad id dici poteſt enumeratos apud Apoſtolum fructus Spiritus, charitatem nempe, gaudium, pacem, lenitatem, benignitatem, bonitatem, fidem, manſuetudinem, temperantiam nonnunquam proprio ſuo tempore dari; at ſi, provocantibus licet ad contrarias fructuum emiſſioni res circumſtantibus rebus, propter latas à Verbo ingentes ſuppetias, tunc quoque fructus ſpiritus dare aliquis valet, illud vero præſtantius eſſe. Quod autem dico, tale eſt; inter fructus Spiritus recenſetur charitas; illius tum tempus eſt, quum amicitiæ qua diligimur fructum reddere operoſum non eſt; & fructus ſane Spiritus eſt diligentem diligere, verum non in non tempore, vt ita dicam, ficorum. At cum fidelem aliquis ad odium factis ſuis concitaverit, ſive inſidias ſtruens, ſive depravatis vſque adeo moribus præditus, vt odio dignus videatur; juſtus autem ne hominem quidem ejuſmodi odio proſequitur, ſed quaſi illius filius *qui Solem oriri facit ſuper malos & bonos*, tum quoque eum diligit; in non tempore videlicet ficorũ charitatis fructus dans; beatus eſt. Idem de gaudio intelligę; gaudium enim fructum Spiritus dare,

Marc. 11. 13, 14.

Matth. 5. 45

καὶ τῇ προσποιήσει τῶν τῷ ἀκάκων καὶ διεξαπατήτων καρδίας· καλὸν οὖν ἐφαίνη καὶ τὸ ἰησοῦ καὶ τῷ μαθητῇ αὐτοῦ ἔργον ὁ κύριον τὴν ξηραινομένην συκῆν· ἐν ἑκάστῳ δή, οἶμαι, ἀπίστῳ καὶ ἀδίκῳ ὄρος ὑπέκειται, κατὰ τὴν ὁμαλοῖαν τῆς ἀπιστίας καὶ τῆς ἀδικίας, τῷ λόγῳ τῷ μαθητοῦ ἰησοῦ αἰρόμενον καὶ βαπτόμενον εἰς τὴν θάλασσαν τῆς κολάσεως αὐτοῦ. καὶ πάντα ὅσα ἐὰν αἰτῶνται ἐν τῇ προσευχῇ πιστεύοντες οἱ ἰησοῦ μαθηταὶ, λήψονται ὡς μαθηταὶ τοῦδε τοῦ μὴ δόντος αἰτήσαντες, καὶ ὡς πειθόμενοι τῷ διδασκάλῳ, μηδὲν ἄλλο αἰτούμενοι, ἢ τὰ μεγάλα καὶ τὰ ἐπουράνια· εἶπε γὰρ ὁ ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, αἰτεῖτε τὰ μεγάλα, καὶ τὰ μικρὰ προστεθήσεται ὑμῖν. καὶ αἰτεῖτε τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰ ἐπίγεια προστεθήσεται ὑμῖν· ὁ δὲ μάρκος ἀναγράψας τὰ κατὰ τὸν τόπον ἀπεμφαίνόν τι ὡς πρὸς ὃ ῥητὸν προσέθηκε ποιήσας, ἔτι ἰδὼν ὁ ἰησοῦς ἀπὸ μακρόθεν συκῆν ἔχουσαν φύλλα ἦλθεν ὡς εὑρήσων τι ἐν αὐτῇ. ἐλθὼν δὲ ἐπ' αὐτὴν, καὶ μηδὲν εὑρὼν εἰ μὴ φύλλα μόνον, καὶ γὰρ ἦν ὁ καιρὸς σύκων, ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῇ, μηκέτι εἰς τὸν αἰῶνα ἐκ σοῦ μηδεὶς καρπὸν φάγοι· εἴποι γὰρ ἄν τις, εἰ μὴ ὁ καιρὸς σύκων ἦν, πῶς ἦλθεν ὁ ἰησοῦς ὡς εὑρήσων τι ἐν αὐτῇ, καὶ πῶς δικαίως εἶπεν αὐτῇ· μηκέτι εἰς τὸν αἰῶνα ἐκ σοῦ μηδεὶς καρπὸν φάγοι; πρὸς τοῦτο δὲ λελέξεται ὅτι οἱ κατειλεγμένοι παρὰ τοῦ ἀποστόλου καρποὶ τοῦ πνεύματος, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, πραότης, ἐγκράτεια, ἔστι μὲν ὅτε ἐν οἰκείῳ ἀποδίδοται καιρῷ. βέλτιον δὲ εἰ τοῦ πρεσβευόντων ὅτι ὁ ἐναντίον τοῦ καρποφορεῖν προκαλυμμένων δυνατόν τις καὶ ἀφ' ὁ πάνυ ὠφελεῖσθαι ἐκ τοῦ λόγου, ἔδειν ἤδη καὶ τότε διδόναι τοὺς καρποὺς τοῦ πνεύματος· ὃ δὲ λέγω, τοιοῦτόν ἐστιν. εἷς τῶν καρπῶν τοῦ πνεύματός ἐστιν ἀγάπη. τούτου δὲ καιρὸς μὲν, ἔτι καὶ χαλεπὸν ἀποδοῦναι τὸν καρπὸν τοῦ ἀγαπᾶσθαι· καὶ ἔστιν ἀγαπᾶν τὸν ἀγαπῶντα, καρπὸς μὲν τοῦ πνεύματος. ἐμὲν ἐν ἀκαίρῳ, ἵν' ὅτως ὀνομάσω, σύκων· ἐπεὶ δὲ ἐπὶ τὸν μισεῖν προκαλεῖται τὸν πιστεύοντα, τοιαῦτα πράττων, καὶ ὑπεβαλλόμενος, καὶ τοῖς ἤθεσι βεβλαμμένος ὤν, ὥστε δοκεῖν ἄξιος εἶναι τοῦ μισεῖσθαι, ὁ δίκαιος μηδὲ τὸν τοιοῦτον μισεῖ, ἀλλ' ὡς υἱὸς τοῦ τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος ὅτι πατὴρ καὶ ἀγαθὸς, καὶ τὸν αὐτὸν ἀγαπᾷ, οἰονεὶ ἐν καιρῷ* σύκων τῆς ἀγάπης διδοὺς *τὸν καρπὸν, μακάριός ἐστι· ὃ δὴ ὅμοιον τοῖς καὶ ὅτι τῆς χαρᾶς. φέρειν μὲν γὰρ τὸν καρπὸν τοῦ πνεύματος τὴν χαρὰν, μηδενὸς ὅτι ὁ λυπεῖσθαι προκαλουμένου, καὶ δυσαρεστεῖσθαι, καὶ χαλε-

* c. R. τοῦ καιρῶν

* c. R. τοῦ καιρῶν

πον. ὅτε μὴ τὰ μὴ παρεισκόπτει ὅτι λύπην, καὶ ἀθυμίαν, καὶ δυσαρίεστον παρεγάλλεται. ἀπὸ δὲ τῆς καὶ τὸ λόγου ὠφελείας τῆς ὅτι τοσοῦτον παρεκάλει, ὡς ἐν καιροῖς τῆς δυκύσης δυσαρεστήσεως εὐαρεστεῖσθαι, καὶ ἐν καιροῖς τῶν ἀτιμάζεσθαι καὶ τύμπαιζεσθαι, χαίρειν, καὶ ἀπὸ ὡς ἐν πόνοις παρεστάκῳ καιρῷ μεμνῆσθαι τῶν· πόνοις χαίρετε, μακάριος αὐτὸ τοιοῦτος εἶν καρπὸν φέρων τὴν χαρὰν, καὶ ἐν τοῖς καιρῷ, ἵν' ὅτας ὀνομάσω, σύκων· ὁ παρὰ πλήσιον καὶ καλεπὸν καὶ ὅτι τὰ ἄλλων καρπῶν ποιῆσαι τὸ πόθυμος. βούλεται γὰρ εἶ κρείττονα τὴν ἀνθρωπίνης φύσεως τὰ παρεστῶτα τῷ λόγῳ αὐτὸ ὁ θεὸς, καὶ ἀπαιτεῖ αὐτὸν παρὰ δόξα, καὶ ἵν' ὅτας ὀνομάσω θεοῦ μᾶλλον ἢ ἀνθρώπου ἔργα· διὸ καὶ πᾶσι λέγει ὡς καλεῖ ὅτι τὴν μακαριότητα· ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες· μεμφόμενος τοῖς μὴ βουλομένοις ἀποθεωθῆναι καὶ υἱοῖς ὑψίστου γενέσθαι, λέγει· ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε· καὶ γὰρ ἑκάστην ἁμαρτίαν, ὅτε ἐσμὲν θνητοὶ, καὶ καὶ ἀνθρωπον παρεπαπτώτες, οὐδὲν ἄλλο ἐνεργοῦμεν ἢ ὁ ἀποθνήσκειν, καὶ φανερὸν ὅτι εἰ καὶ σὰρκα ζῶμεν, μέλλομεν ἀποθνήσκειν, ὡς ἐδίδαξεν ὁ ἀπόστολος. ταῦτα καὶ λέγω· καὶ γὰρ ἦν ὁ καιρὸς τῶν σύκων. οὐ καὶ τὸ μύρκον πέζος, ἰδὼν τὴν συκῆν ἐξηραμμένην ἐκ ῥιζῶν, εἶπε τῷ θεῷ· ἰδὲ ἡ συκῆ ἣν κατηράσω, ἐξηράνθη. κατάρας γὰρ τῆς ἀπὸ τοῦ λόγου ἀξία, ἢ μὴ φέρουσα τὸν λόγον καρπὸν ζητοῦσι· ὅτι τέλειοι δὲ πάλι ὁ λόγος παρεγενεπλικὸν τοῦ πιστεύοντας λήψεσθαι. καὶ ἄλλως γὰρ λήψόμεθα, εἰ μὴ αἰτήσωμεν. ἔστω οὖν καὶ ἡ ἀληθοῦς ἀξία τοῦ τυχεῖν ὧν αἰτῶμεν. καὶ ἡ ψυχὴ μὲν ὅτι πάσης ἀπαιτεμπομένη, ἀξία τοῦ ἐπιτυχθῆναι. καὶ τὰ αἰτήματα ἔστω ἐπουράνια, καὶ μεγάλα, καὶ ἄξια τοῦ δίδοντος παρὰ τοῦ θεοῦ.

A cum tristitiam, tædiumve nemo sacessit, operosum non est; at cum mœrorem alicui, & angustiam, ac fastidium instantia mala comparant, & Verbi tamen subsidio tantos fecerit progressus, vt eo etiam tempore quo mœroris causas habuisse visus est, hilaritatem præ se ferat; & quum ignominia afficitur, flagrisve cæditur, gaudeat, & quocunque tandem calamitoso tempore præcepti hujus meminerit: *Semper gaudete*, beatus ille procul dubio est, vt pote qui gaudium fructum ferat; atque id quidem in non tempore, vt ita dicam, 1. Thess. 5. 16.

B ficorum. Idem quoque de reliquis Spiritus fructibus demonstrare arduum non est: nam qui fidem amplectitur & divino Verbo audientem se præbet, humana natura superiorem esse ac præstantiorem vult Deus, & inusitata ab eo, ac portentosa, &c, vt ita dicam, Dei potius, quam hominis facinora requirit. Quapropter omnibus edicit, quos ad beatitudinem vocat: *Ego dixi, Dij estis, & filij Excelsi omnes*: at eos arguens qui Dij fieri, & filij Excelsi nolunt, ait: *Vos autem sicut homines moriemini*. Quamdiu enim *carnales sumus, & secundum hominem ambulamus*, nihil aliud quam mortem per singula peccata operamur; *Si enim secundum carnem vixerimus, nos morituros* liquet, quemadmodum ab Apostolo traditum est. Hæc à nobis dicta sunt, propter illud: *Non enim erat tempus ficorum*: at juxta Marcum Petrus *Videns ficum aridam factam à radicibus* Servatori dixit: *Ecce ficus cui maledixisti aruit*; cum enim Verbo quærenti fructum non præberet, merita fuit quæ imprecationibus ab eo devoveretur. In fine autem fideles ad accipiendum adhortans aliquid Scriptura continet; non aliter enim accipiemus, nisi petiverimus: ita igitur affecti simus, vtquæ poscimus consequi mereamur; & precatio cum scientia fusa felici exitu digna sit: postulata autem cœlestia sint, & magna, & plane digna quæ à Deo concedantur. Psal. 81. 6, 7. 1. Cor. 3. 3. Rom. 8. 13. Marc. 11. 13. Matt. 11. 20, 21.

C D